



XJIII  
2413

41 37  
45 38  
46 42  
54 43  
54 46  
51  
52

# SYSTEMA SACRUM CHRONICO-HISTORICUM ET EXPOSITIVUM

AB ORBE CONDITO USQUE AD MUNDI NOVISSIMA,

QUOD  
IN PETITIONE PRÆPOSITURÆ  
SACRÆ SCRIPTURÆ,

DISPUTATIONI PROPONIT

VINCENTIUS COSTEY,

Philosophiæ Magister : ejusdem Cathedræ bis Candidatus : Sacræ Theologiæ Doctor : semel Metaphysicæ Cathedræ : atque Præpositurarum Sacræ Scripturæ & Theologiæ Scholasticæ ter etiam Candidatus.

IN AULA COMITALI VALENTINÆ CURIÆ,  
Die xxii. mensis Julii Anni cIɔ.Iɔ.cc.xxxxiii.



---

VALENTIÆ EDETANORUM:  
Apud Josephum Dolz, Typographum, in Coriariorum vico.

---

АМЕГУЗ  
МУЯС  
ХРОНОГИСТОРИЧЕСКОЕ  
ПОСЛОВИЧЕСТВО  
Андрея Иванова  
Сборник

Издательство Академии  
Наук СССР  
Библиотека  
Науки СССР  
Министерства культуры СССР

Доходы из книжной торговли  
пойдут на поддержание  
Академии Наук СССР

Сборник

ХРОНОГИСТОРИЧЕСКОЕ  
ПОСЛОВИЧЕСТВО  
Андрея Иванова



# PERILLUSTRI VALENTINÆ URBIS SENATUI:

D. FRANCISCO SALVATORI DE PINEDA,  
*Hispaniarum Regi à Supremis Aerarii Consiliis, Valentinae Urbis Praetori, & à Rationibus, & apud Valentinos, ac Murcianos Quæstori primario: D. Hieronymo Frigola & Brisuela, Equiti Montesiano: D. Josepho de Ribera Borgia & Lansòl: D. Philippo Lino de Castelvî Juan Ximenez de Urrea, Comiti in Carlet, & Benimodo, Baroni in Tous, & Terrabona, & Domino in Masalet, & Pintarrafes: D. Francisco Antonio de Soto Portillo & Guzman, Equiti Jacobæo, Marchioni in Torre Soto: D. Petro Gonzalo Pellicer, Equiti Jacobæo: D. Michaeli Ferragut & Sanguino, Baroni in Chova, & Bellòt, in Supremo Publici statutus Senatu à Consiliis: D. Josepho Esplugues Palavicino, Equiti Montesiano, Baroni in Frigestrani, Domino in Oppido-Longo, & Mahuella, in Sancto Officio Valentinae In-*

quisitionis à Secretis : D. Francisco Josepho Minuarte, Alfonso, Escolano, Alrèus, & Aguilar, Generali Procuratori: D. Sebastiano Xulbe : D. Joanni Baptista Bordes : D. Emmanueli Royo de Redò , Primipilo Legionis Castellæ , omnium Hispanarum primariæ , Calatravensi Equiti, & Thesauri Commendatori : D. Antonio Paschasio Danvila : D. Joanni Chrysostomo Granell, Regii Fisci Advocato: D. Josepho Ramon: D. Michaeli Sessè:

*Solertissimis Valentinae Urbis Rectoribus:*


D. Joanni Baptista Borrull: D. Salvatori Martino Lop: D. Vincentio Antonio Sancho , Equiti Montesiano , f. U. DD. & CC. Integerrimisque Advocatis: D. Vincentio Thomæ Tinagero, Civitatis, & Academiæ Valentinae  
à Secretis:

ACADEMIÆ , ET PRÆPOSITURARUM PATRONIS:

VINCENTIUS COSTEY Perpetuam Felicitatem.

**M**eum de Veteri Testamento Chronologiam editurus , quam ter ad Vos affero, CLARISSIMI SENATORES, non tantum id studui , ut eam auctiorem, accuratiorem, ac emendatiorem darem ; sed & Novi Testamenti Chronologiam unâ cum Hebræorum Calendario superadderem. Tum quod utilius, jucundius, & è potiore Christiani Theologi operâ Novi sit Testamenti studium : tum etiam quod à Viris gravissimis audiam , mibi que sit persuasum , bujus Præposituræ vacantis potissimum esse officium Testamenti hujus interpretationem. In utriusque autem Chronologia non pauca defendo Problemata , quæ literula , ut vocant , Italica seu cursiva describuntur. Verum hæc omnia ita sunt à me constituta, ut Angelici mei Doctoris D. Thomæ Aquinatis menti usquequaque respondeant. Cujus Doctrinam non in Scholastica modò Theologia , sed & in Scripturis exponendis in oculis fero. Viro enim Thomistæ , qui in gravissima Magistri verba juravit, religioni esse debet, ne latum quidem unguem ab ejus sententiis ubique discedere. Excipite igitur, RECTISSIMI SENATORES, meum hoc Systema, quod Vobis in vestri nominis observantiam , meique officii satisfactionem , inscribo. Quod et si è primis meis studiis fructum esse sentiam , si Vobis tamen probari intellexero, ac vestris tandem me dignum suffragiis reddiderit , magno me vestro beneficio affectum putabo , ac meritissimâ denuo lege constringar , non solum ut studia mea juvenilia , sed ea etiam , quæ maturioris sunt ætatis, amplitudini, & beneficentiae vestre offeram , dedicem , sacrem. Valete felices.

SA-



# SACRA MUNDI CHRONOLOGIA.

PRIMA MUNDI ÆTAS,  
*Ab Orbe condito usque ad Diluvium.*

¶ Literulà, ut dicunt, Italà Problema notatur.  
Scilicet ut capias, quæ lubet, inde thesim.

A.O.C.  
Dies.

I.



UNDUS, Divinæ opus Sapientiæ, sex dierum naturalium spatio perficitur. Etenim Deus initio temporis, (a) primo scilicet inundi, verisque die, omnes cœlestes orbis ex nihilo produxit, atque elementa omnia creavit. Tunc Cœlum Empyreum, immobile hæsit, hærebit æternum gratissimo tamen Angelis perfusum lumine. Reliqua autem corpora nigris obducebantur tenebris. (b) Terra erat inculta, aquarum mole, quas Spiritus Sanctus fovebat, circumfusa. Sexto denique sibi succendentium horarum labente curriculo, illico evanuit deformis ille mundi vultus: Sole namque coruscante (c)

a Gen. i.  
v. 1.

b Ibid.  
v. 2.

c Ibid.  
v. 3.

A

pul-

	pulchra resplenduit cœlorum facies.	A.O.C.
d Ibid. v.7.	Firmamenti nomine , secundo die facti , ( d ) aër intelligitur , cui nova accessit virtus , novaque crassitudo , ut extentas nubes ab aquis fluidis dividat , illasque sustentet , gignat.	2.
e Ibid. v.9.	Die tertio excavatâ terrâ , in locum unum , quod mare dicitur , confluunt ( e ) aquæ ; illaque celsiores exsurgunt . Divino autem imperio siccatur humus , quæ protinus in omnes & solas herbarum , plantarumque species naturales ( f ) erupit , quarum aliæ aut variorum colorum flore pubescebant , aut fructus ferebant maturos. Quo tempore , illius viscera mineralium , ac metallorum thesauris fuerunt repleta.	3.
g Gen. 2. v.8.	Hoc eodem die constituit Deus horum amœnum. Hic est Paradisus , qui orientali ( g ) plagæ adjacet , atque nunc pristina illa amœnitate virescit. Intertot arbores , quibus consitus est Paradisus , alia vitæ , alia scientiæ boni , & mali ( h ) nomen habet : illi ea inerat vis , ut hominum vitam diutissimè conservaret ; huic verò ab experimento , id nominis fuit inditum. Magno præterea fluvio irrigatur ; ( i ) cuius aquæ foras erumpentes in quatuor flumina deducuntur , Gangem , Tigrim , Euphratem , Nilum .	
h Ibid. v.9.		
i Ibid. v.10.		
l Gen. 1. v.16.	Jam antè produxerat Deus duo illa clarissima lumina , Solem & Lunam : verùm die quarto Sol in principio Arietis , & Luna in plenilunio ( l ) unà cum	4.

A.O.C. cum reliquis sideribus moveri cœperunt ab Intelligentiis Cœlorum motricibus, specialibus motibus, ex quibus novæ consurgunt oppositiones, & aspectus.

5. Pisces, & aves produxit Deus die quinto; illos ex aqua velut ex materia; has verò ex aëre vaporibus concreto; (*m*) sed utrosque in statu perfecto.

6. Die tandem sexto producens Deus animalia terrestria, (*n*) ex perfectis produxit omnia; monstra tamen produxit nulla, sicut nec illa, quæ ex putri materia gignuntur.

His omnibus productis, quodam quasi consilio primum hominum, cui Adamo nomen, eodem sexto die extra Paradisum formavit, illius corpus (*o*) ex luto effingens, animam ex nihilo: quem cum Deus in Paradisum transtulisset, ex ipsius costa (*p*) feminam educens, hanc ipsi Adamo dedit sociam.

Verùm Adamus, ejusque Uxor Eva, ne integro quidem die Paradisum habitarunt. Etenim Eva, ut est conventa à Dœmone (*q*) in verum serpentem sepe insinuante, nec admiratione, nec horrore defixa, blando illius sermone devincitur: fructus enim pulchritudine allecta, æstuque superbiæ abrepta, infelix tentationi succumbit. Fructum igitur arboris scientiæ boni & mali, ipsi & Adamo sub pœna capitis vetitum, (*r*) comedit. Hunc patriter fructum (*s*) ab Eva datū comedit Adamus. Illico virginis ambo è Paradiſo (*t*) amandantur.

*m Ibid.*

*v. 20.*

*n Ibid.*

*v. 26.*

*o Gen. 2*

*v. 7.*

*p Ibid.*

*v. 22.*

*q Gen. 3*

*à v. 1.*

*r Gen. 2.*

*v. 17.*

*s Gen. 3.*

*v. 6.*

*t Ibid.*

*v. 23.*

		A. O. C.
u Cap.	Primo mundi anno labente , Ada-	Anni.
4. v. 1.	mo nascitur Cainus (u) primogenitus:	1.
x Ibid.	anno verò sequenti (x) Abelus. <i>Hic</i>	2.
v. 2.	autem , sicut & ille sororem suam ge-	
y Ibid.	mellam duxit uxorem , pluresque susce-	
v. 3.	pit filios. Abel & Patris exemplo , &	
z Ibid. v	lumine naturali edoctus , gregis primi-	
4. & 5.	tiis Deo litabat ; Cainus autem terræ	
a Ibid.	fructibus , (y) sed non primis , neque	
v. 8.	optimis : qua de causa immisso cœlitus	129.
b Ibid.	igne significavit (z) Deus , non Caini,	
v. 15.	sed Abeli sacrificium sibi gratum esse.	
c Ibid.	Quo viso , irâ percitus Cainus , pium	
v. 23.	Abelum fratrem suum , 128. annum	
d Ibid.	agentem rure peremit , (a) sed non	
v. 25.	impunè : vagus enim errabat , corpore	
e Gen. 5.	tremens (b) & consternatus vultu. La-	
v. 6.	mechus , duorum (c) homicida , <i>non in-</i>	
f Ibid.	<i>terfecit Cainum.</i>	
v. 9.	Anno mundi 130. Adamus genuit	130.
g Ibid.	(d) Sethum : hujus autem anno 105.	235.
v. 12.	natus fuit Enos , (e) qui annum agens	325.
h Ibid.	90. filium suscipit (f) Cainanum. Haud	395.
v. 15.	natus erat Cainanus præter 70. annos ,	460.
i Ibid.	& ipsi fuit filius (g) Malaleel , à quo ,	622.
v. 18.	anno ætatis suæ 65. fuit genitus (h)	
l Judæ	Jaredus. Exacto Jaredi anno 162. Eno-	
v. 14.	chus in lucem (i) editur. Hic verus	
m Eccli.	fuit (l) Dei Propheta , à quo multi	
44. v. 16	Scripturæ Sacræ sumpsere principium:	
n Gen. 5	<i>in quam opinionem ipse consentio.</i> Nunc	687.
v. 21.	autem vitam in proprio corpore degit ,	
	Paradisi (m) accola. Absoluto Enochii	
	anno 65. vitam exorsus fuit ejus filius	
	(n) Mathusala. Lamechus autem , non	

ille

A.O.C.	ille polygamus Cainita , sed Mathusalæ	o Ibid.
874.	filius , Patris anno 187. natus ( o ) fuit.	v. 25.
930.	Adamus anno ipsius 930. ( p ) è vivis excessit, peractâ salutari ( q ) pœnitentiâ.	p Ibid.
1056.	Lamecho annum 182. agenti, bona nasci- tur proles, ( r ) sanctissimus Noachus.	v. 5.
	His temporibus veri , & staturâ & corporis proceritate gigantes ( s ) editi esse dicuntur. Sed postquam Sethitæ ( hi sunt Filii Dei ) Cainitarum feminarum formâ capti , cum istis inierunt connu- bia , pessima gigantum soboles adaucta fuit. ( t )	q Sap.
1556.	Noe 500. anno expleto , Semum generat ( u ) natu maximum , ( antea enim alios genuerat ) deinde Chamum minimum , & Japhethum inter illos me- dium. Quo anno Noachus à Deo ad- monitus ( x ) arce fabricandæ operam dedit. Integrum ferme sæculum duravit ejus molitio. Erat autem arca ( y ) 300. cubitum usualibus longa ; alta 30. lata verò 50.	t Ibid.
	Jussus est autem Noe inferre in arcam septem ex unaquaque specie animalium mundorum, ( z ) & duo ex singulis im- mundorum speciebus ; quo præstito ipse cum uxore , & tribus filiis , & totidem eorum uxoribus ( a ) arcam conscendit, anno ipsius 600. incompleto.	u Gen.5.
1656.	Quadraginta dierum ( b ) spatio , à 17. mensis secundi excurrentis anni mundi , aër in imbres solvitur , ac un- dique largè erumpunt maris & fluvio- rum aquæ : adeo ut montes nubibus cel-	v. ult.
		x Gen.6.
		v. 14.
		y Ibid.
		v. 15.
		z Gen.7.
		v. 2.
		a Ibid.
		v. 7.
		b Ibid.
		v. 12.

A.O.C.

c *Ibid.*  
v. 19.

siores , aquarum moles supergressa sit (c) 15. cubitis. Hac de causa omnia animantia , demptis his , quæ arcæ beneficio non indigebant , ut viverent, diluvio submersa peridere. Nullus tamen dubito , quin plures hominum pœnitentiæ tabulam arripientes ad optatum vitæ & salutis portum appullerint , non corporis , sed (d) mentis.

d *I.Pet.*  
3. v. 19.  
C 20.  
e *Gen.7.*  
v. 24.

Aquæ verò à 40. die pluviæ (e) usque ad diem 18. mensis septimi , idest centum & decem dierum spatio , peræque altæ subsistunt ; quas arca supernatat nec velis , remisive acta , nec clavi flexu , sed divino regimine directa : decrescentibus postea aquis , montibus (f) Armeniæ impacta hæret die 27. ejusdem mensis. Noachus igitur , siccata humo , anno ipsius 601. exurrente, die 27. mensis secundi labentis anni mundi , egreditur (g) ab arcâ.

f *Gen.8.*  
v. 4.

Hinc ab rerum exordio , usque ad diluvium exactum, fluxerunt 1656. anni.

g *Ibid.*  
v. 18.

## SECUNDA MUNDI ÆTAS,

*A Diluvio exacto ad nativitatem  
Abrahæ.*

h *Ibid.*  
v. 20.

**N**Oachus simul ac ex arca prodidit , ut accepta beneficia Deo referret , primum omnium altare construxit (h) ex terra & lapidis bus impolitis compactum ; super quod

Deo

A.O.C.	Deo litatum est. Hic carnium esum (i) Noemo permisum lego, nulli antea prohibitum: non tamen diffiteor piam Se- thi sobolem solis frugibus vicitasse, dum perdita Caini progenies carnes eructabat. Novum initur fœdus Deum inter, & hominem (l) de diluvio am- plius non futuro, Iride jam alias sæpis- simè apparente, veluti signo (ut aiunt) ad placitum, confirmatum.	i Gen.9. v. 3.
	Noacho non jam filios gignere, sed inter alia agros excolere (m) cura fuit. Nudatum Patrem (vino enim sine cri- mine largius epoto consopitus jacebat) unus vidit, (n) & derisit Chamus. Sed postea rei gestæ certior factus Noe, mala imprecatur (o) Chanaano filio Chami.	l Ibid. v. 13.
1658.	Sem centenarius, excurrente secun- do post diluvium anno (p) genuit Ar- phaxadum: huic annum 35. agenti (q) nascitur Cainanus, qui annos natus 30. suscepit Sale filium. Ex Sale, absoluto 30. vitæ anno, fuit procreatus (r) Heber. <i>Hic nomen dedit Hebreorum populo &amp;</i> <i>linguae mundo coœvæ.</i>	m Ibid. v. 20.
1693.		n Ibid. v. 22.
1723.		o Ibid. v. 25.
1753.		p Gen. 11. v.
1787.	Heber autem expleto ætatis suæ anno 34. vaticinio quodam, filio suo Pha- leg (s) nomen imposuit; eo quod in hujus anno nonagesimo secundo, terræ lin- guarumque divisio facta sit. Tempore namque Phalegii superbum opus mo- liebantur homines, turrim scilicet al- tissimam, civitatemque. Sed linguis divisi septuaginta duabus, dispersi fue- runt per varias orbis plagas. (t)	10. q Luc.3. v. 36. r Gen. 11. v. 14. s Ibid. v. 16.
		t Ibid. à v. 3.

Anno

u	<i>Ibid.</i>	Anno 30. Phalegii , ortus ( u ) fuit	A.D.C.
v.	18.	Reu : hic verò post annos duos supra	1817.
x	<i>Ibid.</i>	triginta ( x ) genuit Sarugum. Nachor	1849.
v.	20.	Sarugi filius , anno Patris sui 30. ( y )	1879.
y	<i>Ibid.</i>	in lucem editur. Nachori autem , exacto	
v.	22.	anno nono supra vicesimum, ( z ) nasci-	1908.
z	<i>Ibid.</i>	tur Thare , qui aliquando idola ( a ) co-	
v.	24.	luit ; <i>nunquam tamen ejus filius Abra-</i>	
a	<i>Jos.</i>	<i>hamus , qui post Aranum , &amp; Nacho-</i>	
24.	v.2.	<i>rem natus fuit ( b ) anno Patris sui tri-</i>	
b	<i>Gen.</i>	<i>cesimo supra centesimum.</i>	2038.
ii.	v.	Igitur à diluvio usque ad nativita-	
27.		tem Abrahæ elapsi sunt <i>trecenti octogin-</i>	
c	<i>Gen.</i>	<i>ta duo anni.</i>	
15.	v.7.		
d	<i>Gen.</i>		
ii.	v.		
31.			
e	<i>Gen.</i>		
12.	v.4.		
f	<i>Ibid.</i>		
v.	13.		

### TERTIA MUNDI ÆTAS,

*A nativitate Abrahæ ad exitum Is-  
raelitarum de Ægypto.*

**S**ara , alio nomine *Fescha* , decen-  
nio post Abrahamum nascitur , ac  
tandem *Patruo suo* nupsit Abra-  
hamo , qui jussu Dei , patrios lares re-  
linquit , ac Ure Chaldæorum ( c ) ip-  
sius patriâ , Haranem ( d ) se confert,  
in vivis agente ipsius Patre Thare. In-  
de , à Deo admonitus , ( e ) *Patre vi-*  
*ta functo* , in Chanaanitidem profi-  
ciscitur , annum agens 75. Abraham fa-  
mè pressus descendit in Ægyptum , co-  
mite Sara , cui licetè suasit , ut sese il-  
lius sororem ( f ) diceret. Pharao statim  
ut illius pulchritudinis conscius fuit,

2048.

2113.

eam

A.O.C.	eam ad se duci jubet , atque Abrahamo optimè consuli. Sed cum acerbissimos corpore & animo perferret cruciatus , Saram Abrahamo (g) reddidit intactam. Tribus fere mensibus confedit Abraham apud Ægyptios.	g Ibid. v. 19.
2124.	Verus Sacerdos, & Rex Salem , cui posteà Jerusalem nomen fuit , erat Melchisedech , (h) <i>alius à Semo</i> .	h Gen. 14. v. 18.
	Abrahamo , exacto anno ætatis 86. ex Agare ancilla Saræ , nascitur (i) Iismael. Soli mares , Abrahæ filii , circumcisionis lege ipsi à Deo * lata tenebantur. Quæ ante octavum diem à nativitate pueri peragi non poterat. Capitis autem pœnâ plectebatur Hebræus ille , qui circumcidì nolet. Abrahamus verbis illis : Putasne centenario nasceretur filius ? &c. (l) dubius non hæsit, neque incredulus , sed promissionis intelligentiam sciscitabatur.	i Gen. 16. v. 16. * Gen. 17. à v. 10. ad 14. l Gen. 17. v. 17.
	Ut effrænes , & irruentes Sodomitas cohiberet Lot , filias suas , ut eis abuterentur , (m) offerens Sodomitis, nullum crimen admissit , ratus id eos minimè facturos. Illi autem statim pœnas dederunt : primùm enim lumine orbati , ostium domûs Lot (n) non vident : deinde quatuor eorum civitates, Sodoma , Gomorrha , Adama , & Seboim sulphureis flammis ardentes (o) consumptæ sunt. Sola Segor precibus Loti (p) servatur incolumis: quò Lotus cum filiabus & uxore (quæ è muris Sodomæ gressum promovens , dum	m Gen. 19. v.8.  n Ibid. v. 11.  o Deut. 29.v.23 p Gen. 19.v.21

- q *Ibid.*  
v. 26.  
r *Ibid.*  
v. 30.
- s *Ibid.* à  
v. 33.  
t *Gen.*  
21. v. 5.
- u *Ibid.*  
v. 14.
- x *Gen.*  
22. à v. 2
- y *Gen.*  
23. v. 1.
- ꝝ 2.
- z *Ibid.* à  
v. 8.
- a *Gen.* 25  
v. 1.
- b *Ibid.*  
v. 26.
- c *Gen.*  
27. v. 19
- d *Gen.*  
29. v. 24
- ore post tergum verso respectat funera illius , vertitur ( q ) in statuam salis, *levis culpæ pœnam luens* ) confugiebat. Segore cum filiabus egressus ( r ) montem concessit : ubi incautus vinum liberalius ebibens , leviter peccat , minime tamen , dum pessimo , atque incestuoso filiarum concubitu polluitur ebrius. ( s )
- Abrahæmo centenario ( t ) nascitur Isaacus. Cum Ismael aut insidias paraverit Isaaco annum 5. vel 6. agenti, aut nocere voluerit , paterna domo cùm Agar matre sua pellitur , *acceptis solo pane & aqua* ( u ) in viaticum. Isaacus triginta tres annos natus , in scia Matre , montem Moria conscendit , Divino imperio ( x ) à Patre immolandus. *Quarto post anno* , Sara vitâ ( y ) excessit : cuius corpus ut sepeliret Abrahamus agrum emit ( z ) ab Ephrone filio Seor.
- Cetura , & Agar , duæ fuerunt Abrahæ uxores. ( a )
- Isaacus sexagenarius duos ex Rebecca suscipit filios , ( b ) Esavum , & Jacobum. Ille Jacobo fratri , primogenituræ jura vendens , grave crimen admittit , non autem simoniæ. Jacobus , bono matris consilio , dicens Patri suo : Ego sum primogenitus tuus Esau : ( c ) non mentitur. Nec ipsum , alicujus culpæ reum teneo , cùm Liam pessimo Labani consilio instructam ( d ) cognovit. Sensibilis fuit luctatio Ja-

2138.

2171.

2175.

2198.

A.O.C.	cobi (e) cum Angelo bono. Simeon , & Levi , Dinæ fratres, hujus stupro comperto , atque inconsulto Patre inhumanè irruunt in Sichimitas , ac malo dolo interficiunt. (f)	e Gen. 32 v. 24.
2306.	Josephus , Jacobi filius , non sine laude , turpisimum (g) fratrum crimen ad Patrem detulit , quem fratres sui, annum 17. ineuntem Ismaelitis (h) vendidere , Isaaco illius avo superstite. Decem annorum spatio degit Josephus in Ægypto apud Putipharem , militiæ Principem , & officio (i) Eunuchum , non verò Patrem Assenethæ uxoris Josephi . Sed cum Putipharis uxor eum falso scelere infamarit , in vincula conjicitur , (l) ac libens pro castitate , tribus annis subit hoc carceris martyrium. Quibus exactis , Josephus Pharaoni fistitur (m) explicaturus somnia , annos natus 30.	f Gen. 34. v. 25 g Gen. 37. v. 2. h Ibid. v. 28.
2316.	Tempore venditionis Josephi , Judas captus amore mulieris Chananææ , ei matrimonio jungitur , (n) quæ illi peperit Herum , Onam , & Selam. Thamar primùm Hero , quo vitâ functo secundùm nupsit Onæ.	i Ibid. v. 36.
2319.	Jacobus annum trigesimum supra centesimum agens itineri accingitur , ac turbâ 66. filiorum , nepotumque stipatus , se in Ægyptum recipit. (o) His temporibus , mortuo Bela , regnavit in Edom Jobus filius Zaræ de Bosra. *	l Gen. 39 v. 20. m Gen. 41. v. 46
2328.	Jacobus morti proximus , filios suos	n Gen. 38. à v. 2. ad 10.
		o Gen. 46. v. 26
		* Gen. 36. v. 33

p Gen.	accersivit, quibus ventura prædixit: (p)	A.O.C.
49.v.1.	sed his peractis, alios alia benedictione donavit: (q) Tò: Non auferetur sceptrum de Juda, &c. (r) de hac Tribu ut indistincta ab aliis intelligito.	
q Ibid.	Tandem moritur Jacobus (s) exactis	
v.28.	vitæ suæ 147. annis.	2345.
r Ibid.	Caathus quinquennis, Ægyptum fuit	
v.10.	ingressus cum Patre suo Levi: ubi anno post ingressum Jacobi in Ægyptū quinto	2393.
s Gen.	supra sexagesimum genuit Amramum.	
47.v.28	Hebræi, anno Amraini 63. adeo	2456.
t Exod.	suaptè vi, & naturâ liberis aucti (t)	
i.v.7.	erant: ut meticulosi & invidi Ægyptii eos malè habere, & perdere (u)	
u Ibid.	decreverint. Igitur regnante Amenophe	
v.10.	Ægyptio, Josephi (x) ignaro, operibus duris adscribuntur Hebræi. Obstetricibus	
x Ibid.	Ægyptiis præceptum fuit (y) ut nascentes Hebræorum masculos	
v.8.	occiderent: at Sephora, & Phua superno Dei timore perculsæ, mares servant, amplissima laude & mercede dignæ: levis tamen culpæ crimen admittunt,	
y Ibid.	dum Pharaoni (z) mentiuntur. Denique ferale edictum fertur, ut Ægyptii,	
v.16.	Hebræorum pueros recens natos in fluenta projicerent. (a)	
z Ibid.	Amramo septuagenario ex Jochabeda nepte * Levî nascitur Moyses, qui	2463.
v.19.	adhuc infantulus super scirpeam quasi ratem impositus (b) flumini creditur,	
a Ibid.	3. menses natus: quem Thermuth Pharaonis filia ex aquis eductum, Jochabedæ tradit lactandum. (c) Verùm	
v.22.		
* Exod.		
6.v.20.		
b Exod.		
2.v.3.		
c Ibid.		
v.9.		

Moy-

A.D.C.	Moyses , tribus p <small>ost</small> annis , <i>Thermuthi</i>	d <i>Act.7.</i>
2466.	à Jochabeda restituitur , atque in Re- gia diversatur , <i>Ægyptiorum</i> scientias edoctus. (d)	v.22. e <i>Ibid.v.</i>
2503.	Moyses quadragenarius (e) <i>Ægypti-</i> tum jure percutit , & ob id Pharaonem veritus , urbem Madian (f) con- cessit , & apud Jethronem (g) <i>Idolo-</i> <i>rum</i> Sacerdotem , ( qui & Raguel * vo- catur ) commoratus , uxorem accepit Sephoram sororem (h) Hobabi. Moysi autem pastoritiam vitam agenti (i) in monte Horeb apparuit Angelus (l) in rubo , igne sibi contiguo circundata. Moyses levi culpæ obnoxius abnuit le- gationi (m) apud Pharaonem , ut Isra- eliticum populum in libertatem vindicaret. Sed ut illi comes adhæsit Aaron, soli ambo Pharaonem adierunt. (n)	23. f <i>Exo.2.</i> v.15. g <i>Ibid. à</i> v.16. <i>ad</i> 21. * <i>Ibid.</i> v.18. h <i>Num.</i> 10.v.29 i <i>Exo.3.</i> v.1. l <i>Act. 7.</i> v.30. in <i>Exo.</i> 4. v.13. ii <i>Exo.5</i> v.1. o <i>Exo.</i> 7. v.19. p <i>Ibid.v</i> 12. q <i>Ibid.v</i> 19. r <i>Exo. 8</i> v.6. s <i>Ibid.v</i> 17. t <i>Ibid.v.</i> 24. ♂ <i>Psal. 77</i> v.45.
	Pharao tamen corde induratus ob- nititur Divino imperio. Quare tota <i>Æ-</i> <i>gyptus</i> (e) uno ferè mense , decem pla- gis affigitur , bonorum Angelorum operâ. Aaronis enim , & Magorum virgis (p) in serpentes verè conversis, omnes <i>Ægypti</i> aquæ in sanguinem (q) vertuntur. Post septimum verò diem, nec ingratissimam ranarum (r) coaxa- tionem audire , nec molestissimos cu- lices (s) ferre poterant <i>Ægyptii</i> : ve- rùm nec his resipiscunt : quapropter post missam in eos cœnomyiam , (t) eorum jumentis peste in campo (u) stratis dolent ; ac turgentium vesicca- rum dolore gemunt ; dehinc inter plu-	

viam

u *Exo. 9*  
 v. 6.  
 x *Ibidē*  
 vv. 22.  
 33. ♂  
 34.  
 y *Exo.*  
 10. v. 14  
 ♂ 15.  
 a *Ibid. v.*  
 22.  
 b *Sap.*  
 18. v. 1.  
 c *Exo.*  
 12. v. 36  
 d *Ibid. v*  
 6.  
 e *Ibid. v.*  
 29.  
 f *Exo. 7.*  
 v. 7.

viam (x) & grandinem fulminante  
 cœlo , miseri pavent rauco tonitruum  
 fragore ; atque locusta , (y) quidquid  
 reliquum erat in agris , corrodit : post  
 hæc autem subducto eis siderum lumine ,  
 ac aëre densa caligine per triduum offu-  
 so (a) horrescunt omnes . Hebræi ta-  
 men gratissimo perfundebantur lucis  
 splendore , (b) qui jure retinuerunt ,  
 quæ ab Ægyptiis (c) commodatō pos-  
 tularant .

Tandem aliquando celebrato Pascha-  
 te , die quartodecimo mensis Nisan (d)  
 ad posteriorem vesperam , atque om-  
 nibus Ægyptiorum primogenitis (e)  
 occisis , Israelitæ omnes , Moysè octo-  
 genario (f) Duce , Ægypto excedunt : ubi  
 longam 215. annorum moram traxerant .

Hinc à nativitate Abrahæ ad exitum  
 usque Israelitarum de Ægypto elapsi  
 sunt 505. anni .

**QUARTA MUNDI ÆTAS,**  
*Ab exitu Israelitarum de Ægypto  
 ad iacta Templi funda-  
 menta.*

g *Num.*  
 33. v. 3.  
 h *Num.*  
 9. v. 15.

**M**oyses , Populusque quintode-  
 cimo die mensis Nisan , (g)  
 Raïmessa , mansione prima ,  
 egrediuntur , atque præeunte vera nube  
 interdiu columnæ , noctu verò (h) ig-  
 nis speciem referente , pervenerunt in

A.O.C.	Soccoth. Inde profecti post mansiones in Etham , & Phiahiroth , littora occupant maris Erythræi , quod virgâ Moysis ( i ) percusum , divisum fuit , atque illud unâ rectaque viâ in oppositum Ægypto littus , siccо pede transfierunt. Pharao autem Hebræos insequens eandem maris rubri ( l ) præmebat viam , sed hinc inde coeunte aquarum mole , ( m ) submergitur. Ægyptiorum spoliis ditati , castra movent Israelitæ , sed confecto 3. dierum itinere , ( n ) sitis ardoribus anhelant in Mara : quamobrem Moyses à Deo edocitus , lignum missit in aquas amaras , quod suapte naturali virtute ( o ) dulces effecit.	i Exo. 14.v.16 ¶ 21.
	Hebræi ex Mara in Elim proficiscuntur , atque habita mansione in Jam-Suph , vastam solitudinem penetrantes , in Sin tentoria figunt , ( p ) quintodecimo die mensis 2. Hic pluere cœpit Manna , qui erat cibus adeo gustui gratus , ut cujusvis cibi ( q ) saporem , etiam peccatoribus referret. Ex Daphca veniunt in Alus : inde in Raphidim , ubi petra in aquas soluta est , ( r ) & de Amalecitis parta victoria , non sine aliqua Hebræorum ( s ) jactura.	l Ibid. à v.23. m Psal. 135. v. n Exo. 15. à v. o Eccli. 38. v.5. p Exo. 16. v.1.
	Die tertio mensis tertii ab exitu de Ægypto ventum est ( t ) ad Sinai : ibique ubi sextus ejusdem mensis ( u ) illuxit dies ; totus mons Sinai fumo obducitur , horrisonâque strepente buccinâ contremiscit , fulgoribus emicans : interea è montis vertice exorsus Ange-	q Sap. 16.v.20 ¶ 21. r Exo. 17. v.6. s Deut. 25.v.18 t Exo. 19. v.1. u Ibid. v.16.

x Aet. 7.	lus (x) legem à Deo latam humana
v. 38.	voce promulgat.
y Exo.	Moyses Divino parens imperio, Ar-
25. v. 10	cam ex lignis setim compegit, (y) quæ
z Hebræ.	<i>proprio ligneo operculo à Propitiato-</i>
9. v. 4.	<i>rio distincto cludebatur : intra quam</i>
* Exo.	& Legis Tabulas, & alia (z) re-
40. à v.	posuit. Extra Sancta Sanctorum, seu
19.	in primo Tabernaculo * erat Candela-
a Exo.	brum <i>interdiu noctuque</i> (a) lucens, Al-
27. v. 20	ture Thymiamatis, & Mensa Panum.
b Exo.	Nedum in lapidibus (b) Onychinis, sed
28. v. 9.	& in Rationali insculpta fuere nomina
¶ 21.	Levi, & Joseph. Præterea Rationali ap-
c Ibid. v.	posita sunt hæc duo nomina : (c) Urim,
30.	& Thummim. Moyses denique die, &
d Exo.	mense primo anni secundi ab egressione
40. v. 15	de Ægypto, Tabernaculum erexit. (d)
e Num.	Israelitæ ex Sina itineri se accingunt.
33. v. 16	in eum locum, qui ab eventu sepulchra
f Deut.	concupiscentiæ (e) vocatur : atque ha-
1. v. 19.	bita mansione in Haseroth, in Cade-
* Num.	barne (f) seu Rethma * se conferunt.
33. v. 18	Undè viri duodecim, in Chanaanitidem
g Num.	mittuntur, ut eam explorarent, qui
33. à v.	sesto excurrentis anni mense ad suos
19. ad	redeunt. Ex Reimmomphares in Lebna,
22.	deinde in Ressa, & denique in Ceela-
h Num.	tha profecti (g) castrametantur. In hac
26. v. 10	mansione (ut aliqui volunt) Core, (b)
¶ Cap.	patente in profundum sinum, ruptis
16. v. 24	compagibus terrâ, absortus fuit. Aliis
	postea mansionibus peractis, Aaron,
	cum esset annorum 123. moritur in
	monte Hor, anno 40. exitus de Ægypto,

2544.

die

A.O.C.	die primo mensis quinti. (i)	i Num.
2583.	Tandem è Bethsimoth usque ad Abel-satim (l) castrametantur in planioribus locis Moabitarum. Ariolus , * cui Balaamo nomen , conductur , ut Israelitico Populo mala imprecaretur. Moyses jussu Dei , verticem Phasga montis Nebo conscendit ; (m) ibique decessit annos natus (n) 120.	33.v.38 O 39. l Ibid.v.
	Josuæ , penes quem & populi cura , & imperium erat , finito Moysis Iudeu , apparuit (o) Angelus. Duos exploratores (p) mittit in Chanaanitidem , quos Jerichuntein pervenientes , humanissimè excipit Rahab (q) meretrix , quæ mentitur * quidem , sed non fuit proditionis rea. Cui meritò exploratores , securitatem (r) juramento promittunt. Unde Israelitæ , capta Jerichunte , Rahabæ domum (s) salvam esse jubent. Postquam Hebræi tribus diebus (t) Jordanis ripas occuparant : Josue cum omni exercitu , divisum Dei miraculo Jordanem (u) sicco pede transegit , atque Chananæam ingreditur die 10. (x) mensis primi , exactis in deserto 40. annis peregrinationis , quinque minùs diebus.	49. * Num. 22.v.5. m Deut. 34.v.1. n Ibid. v.7. o Jof.1. v.1. p Jof.2. v.1. q Ibid. * Ibid. v.5. r Ibid. v.14. s Jof.6. v.17. t Jof.3. v.1. u Ibid. v.17. x Jofu.4 v.19.
	Hebræi in Galgalis castrametantes , circumcisio parent , totos 40. peregrinationis annos omissæ. (y) Achan , pretiosam supellectilem clam subducit , at furti pœnas luit (z) etiam lapidibus obrutus. Postea Gabaonitæ , expugnata Urbe Hai , datâ operâ fingen-	y Jof.5. v.6. z Jof.7. v.15. O 25.

	tes , se non esse Chananaeos , veniunt ad Israelitas , ac foedus ineunt , sacramento (a) firmatum. Verum Israelitæ, cognita fraude , salvos quidem eos esse jubent ob religionem juramenti, quamvis possent juratam Gabaonitis securitatem non præstare. Sol jamtum occumbens , Josuæ imperio (b) immotus stetit 14. horarum spatio. Anno septimo principatus Josuæ (c) ineunte , partitur terra : qui <i>decennio</i> post hanc terræ divisionem , moritur annos natus 110. (d)	A.O.C.
a <i>Jos.</i> 9. v. 15.		2590.
b <i>Jos.</i> 10. v. 13.		2600.
c <i>Jos.</i> 14. v. 10.		
d <i>Jos.</i> 24. v. 29.	Sacra Patriarchæ Josephi ossa , quæ secum ex Ægypto tulerant Israelitæ , Sichimæ reponuntur in sepulchro ; quod à filiis Hemor emit Abraham * id est , ejus nepos ** Jacobus.	
* <i>Act.</i> 7. v. 16.		
** <i>Gen.</i> 33. v. 19	Post Josue , Israelitis quinquenniō præsunt Seniores , (e) canitie , & morum honestate venerandi. Senioribus sublatis , atque 4. libertatis annis elapsis , Chusano Regi Mesopotamiaæ servierunt Hebræi , 8. annis : (f) quos in libertatem vindicavit Othoniel , qui posteà rerum potitus est <i>sex annis</i> . (g)	2605.
¶ <i>Jos.</i> 24. v. 32		2609.
e <i>Ibid.</i> v. 31.		2617.
f <i>Jud.</i> 3. v. 8.	Rursum Israelitæ ob idolatriæ peccata , duro Eglonis Regis Moabitarum imperio habebantur , spatio 18. annorum (h) afficti : sed eos liberitate donavit Aod , qui præfuit (i) annis 80. Solus Samgar 600. Philisthaeos vomere percutiens , (l) Israelem <i>non modo</i> defendit , <i>sed</i> ¶ <i>judicavit</i> . Israelitæ iterum in peccata prolapsi , 20.	2623.
g <i>Ibid.</i> v. 11.		
h <i>Ibid.</i> v. 14.		
i <i>Ibid.</i> v. 30.		2703.
l <i>Ibid.</i> v. 31.		

anno-

A.O.C.	annorum servitute affliguntur sub Jabinus (m) Rege Azôr : Divinum tamen auxilium implorantes , in libertatem restituuntur à Debbora uxore Lapidothi , & Baraco , qui <i>cum illa pariter judicante Israelem</i> , 40. annorum tempore populo (n) imperavit. Jahel , fuit gentem Sisaram singulari studio & humanitate suscipit , at meritò ipsum laetè sopitum , subacto in illius tempora clavo (o) confudit.	m <i>Jud.</i> 4. v.3.
2743.	Duro præterea servitutis jugo , 7. annis pressi sub Madianitis (p) gemunt , donec Gedeone Duce , illud excutiunt. Gedeon , panem & carnem offerens Angelo , (q) verum non obtulit sacrificium : contrà tamen dum postea duobus tauris (r) Deo litavit. Petens autem duo illa portenta (s) in vellere, <i>nullum crimen admissit</i> . Nomine Ephod à Gedeone facti (t) loricam auream intelligo. Anno 40. sui Principatûs , diem obiit. Abimelech 3. annis , proprio ambitu , non Dei , nec Populi electione , (u) Judicem egit: ac tandem justè lapide percussus , & ab armigero gladio transfoissus interiit, qui super lapidem 70. fratres occiderat.	v.21. p <i>Jud.</i> 6. v.1. q <i>Ibid.</i> v.19. r <i>Ibid.</i> à v.25. s <i>Ibid.</i> v.36. ♂ 37. t <i>Jud.</i> 8. v.27. u <i>Jud.</i> 9. v.22.
2783.	Thola , Populi electione , Israelem judicavit (x) 23. annos. Cui suffectus fuit Jair Galaadites (y) annis 22. Media Jairum inter , & Jephthe contigit dura Israelitarum sub Ammonitis (z) & Philistæis servitus annorum 18. Jephthe 6. annis (a) judicaturâ po-	x <i>Jud.</i> 10. v.2. y <i>Ibid.</i> v.3. z <i>Ibid.</i> v.8. a <i>Jud.</i> 12. v.7.

	titur. Cujus votum fuit stultum , si- liæque immolatio impia. Jephæ vitâ fun- cto , electus fuit Abesan , qui 7. annis ( b ) regimen tenuit. Ahialon Zabulo- nites , Abesano succedit , atque Is- raelitis imperat ( c ) 10. annis. Post hunc , Judicem egit Abdon ( d ) per 8. annos.	A.O.C. 2855.
b <i>Ibid.</i> v.9.		2862.
c <i>Ibid.</i> v. 11.		2872.
d <i>Ibid.</i> v.14.		2880.
e <i>Jud.</i> 14 v.3.	Abdoni succedit Samson , miracu- lo natus , sed non sanctificatus in Ma- tris utero. Cui licuit , uxorem Phili- sthæam ( e ) ducere. Gazensem meretri- cem ( f ) perdite amavit , remque ha- buit cum illa. <i>Philisthææ</i> verò Dalilæ, pellici suæ , ( g ) fortitudinem suam ( quæ erat qualitas permanens à Deo infusa ) è crinibus capitis pendere in- dicat , sed non impunè. Denique Sam- son , post licite occisos 30. Ascaloni- tas , & 1000. Philisthæos , post vasta- tas etiam horum segetes , Philisthino- rum templi columnas quatiens , illud- que subvertens , ( h ) gloriosissimè oc- cubuit anno 20. suæ præfecturæ. Quo anno grave illud jugum , quod Israe- litæ , 40. annorum spatio sub Phili- sthim portabant , penitus excusserunt.	2900.
h <i>Ibid.</i> v.30. & 31.	In diebus unius Judicis ( quisnam hic fuerit? nihil certi ) grassante fame, patrias sedes relinquunt Elimelechus, & Noemi cum duobus filiis , ac in Moabitidem ( i ) veniunt. Ubi Mahalon, & Chelion , uxores contra Dei legem accipiunt Moabitidas , Rutham , & Orpham: quarum illa non fuit Eglo-	
i <i>Ruth.</i> 1.v.2.		

nis

A.O.C.	nis Regis Moab filia ; neque hæc , ma- ter gigantis Goliath. Metentibus( l )Boo- zi puellis , Ruth spicas colligebat. Ru- tha, dūm datum à Noemi consilium exse- quitur , ( m ) peccat. Booz immediatus Salmonis mariti Rahabæ filius, Rutham duxit uxorem , ex qua Obedum suscep- pit Davidis Avum. ( n )	l Ruth. 2.v.8.
2903.	Samsone mortuo , Heli rexit ( o ) Israelitas. Cujus anno 3. Elcanæ Levitæ ex Anna sterili nascitur Samuel , qui non fuit Sacerdos : quem Mater sua voti , quod licitè emisserat , compos, post 3. annos lactis in Templum ad- duxit. ( p ) Samuel duodennis , quater ab Angelo vocatur : ( q ) qui , Heli vitâ functo , anno sui regiminis 40. Judex eligitur , annum ætatis septimum supra trigesimum agens. Quo in munere , an- nos 21. exegit , ac summum Israelitarum imperium , Sauli detulit ( r ) primo il- lorum Monarchæ.	m Ruth. 3.à v.3.  n Ruth. 4. v.21. o 1.Reg. 4. v.18.
2906.		
2915.		
2940.		
2961.		
2971.	Samuel jussus à Deo , Bethlehemum venire , oblato ibidem sacrificio , oleo communi Davidem unxit ( s ) in Re- gem , annos natum præterpropter vi- ginti. Davidi ergo , septimo ( t ) inter filios Isai , & natu minimo , ubi un- ctus fuit , immittitur ( u ) Spiritus pro- phetiae. Sed quoniam Saul , ( x ) à Dœ- mone abreptus , male agebatur , ei so- latio erat David , dulci Psalmorum cantu , ac citharæ ( y ) harmoniâ. David , duel- lum initurus cum Goliath ( z ) ex ille- gitimo concubitu nato , Saulis vesti-	p 1.Reg. 1. v.24. q 1.Reg. 3.à v.4.  r 1.Reg. 10. v.1.  s 1.Reg. 16. v.13 t 1.Par. 2. v.15. u 1.Reg. 16. v.13 x Ibid. v.14. y Ibid. v.23. z 1.Reg. 17. v.4.

a	<i>Ibid.</i>	bus (a) induitur; quibus exutis, ipsi enim impedimento erant, in arma congre- ditur. Philistæus verò, uno lapide à Davide percussus, quo illius ærea galea effracta fuit, corruit, (b) atque pro- prio ipsius gladio (c) interficitur.	A.O.C.
b	<i>Ibid.</i>		
v. 38.			
c	<i>Ibid.</i>		
v. 49.			
d	<i>Ibid.</i>		
v. 51.			
e	<i>Eccli.</i>	Saul, anno 19. regni sui, ad Py- thonissam in Endor agentem, se con- tulit, ut Samuelis animam (d) evoca- ret. Quæ nondum suas peregerat incan- tationes, & veram Samuelis animam conspicit (e) in corpore phantastico, cujus vocem solus audivit Saul, qui, etsi triste mortis nuncium acceperit, prudens tamen, commisso prælio, pug- navit. Sed posteà gladium arripiens, ipsique incumbens (f) seipsum inter- fecit, gravis peccati reus.	2980.
f	<i>Reg.</i>		
31. v. 4.			
g	<i>Reg.</i>		
2. v. 4.			
h	<i>Ibid.</i>	David igitur annos natus 30. Rex salutatur (g) à sola Tribu Judæ : Is- bosethus verò quadagenarius, à reli- quis Tribubus. Sed Isbosetho, post biennium, (h) sublato, omnes Israeli- tæ Davidi (i) se subdunt, anno regni sui 8. excurrente. Temerarius * Oza, cum Arca Domini, Davidis jussu trans- veheretur plaustro boum imposta, subitanea morte punitur, eoquòd illam attigit, (l) Sacerdotis officium sibi ar- rogans. Quo tempore regnavit David, solus Abiathar fuit summus Sacer- dos. (m)	2980.
i	<i>Reg.</i>		
5. à v. 1.			
*2. <i>Reg.</i>			
6. v. 7.			
l	<i>Par.</i>		
1. v. 10.			
m	<i>Reg.</i>		
22. v. 20			
o	<i>cap.</i>		
23. v.			
9. o 3.			
Reg. 2.			
v. 27.			
n	<i>Reg.</i>	Ex adulterio Davidis cum Bethsa- bee, nascitur puer, qui, septimo à nativitate die, (n) incircumcisus de-	2988.
12. v. 18			

ces-

A.O.C.	cessit. David autem , & Salomonem, ¶ <i>alios ex Bethsabee suscepit filios.</i> (o)	o 1. Par.
3020.	Præterea adolescentulam Abisag (q) uxorem dicit David , qui expletis reg- nando annis (r) 40. sanctissimè mo- ritur , annos natus 70.	3.v.5. q 3. Reg. 1. à v.3. r 2. Reg.
3023.	Anno 3. regni Salomonis exacto, (s) Jerosolymitano Templo construen- do manus admoventur.	5.v.4. s 3. Reg. 6.v.1. t Ibid.
	Fluxerunt ergo 480. anni (t) ab egressione Israelitarum de Ægypto us- que ad iacta Templi fundamenta.	
	<b>QUINTA MUNDI ÆTAS,</b> <i>A iactis Templi fundamentis ad solutam Captivitatem Baby- lonicam.</i>	
3060.	<b>S</b> alomoni apparuit Dominus in somno , atque optionem (u) de- dit , ut quæ vellet , peteret : at Salomon non aliud , nisi ut sapientia (x) moralis , monastica scilicet , œco- nomica , & polytica sibi daretur , po- poscit. Sapientiæ Salomonis rumor adeo hominum , populorumque ora comple- vit , ut Regina Sabæ Jerosolymam ab Æ- thiopia (y) fese contulerit. Salomon denique muliebribus (z) blandimentis in vitia labitur ; sed verè pœnitens mo- ritur (a) anno 37. ab incœpta Templi fabrica.	u 3. Reg. 3.v.5. x Ibid. v.9. y 3. Reg. 10. v.1. z 3. Reg. 11. v.4. a 2. Reg. 7. v.14. ¶ Pro.
3077.	Roboamus Salomonis filius , 17. an-	24.v.32

nis

b 3. Reg.	nis (b) regnavit in Juda. Abias, Pa-	A.O.C.
14. v. 21	tre Roboamo defuncto, 3. annis (c)	3080.
c 3. Reg.	imperat. Abiæ thronum ascendit ejus	3121.
15. v. 2.	filius Asa, qui uno anno supra qua-	.0001
d Ibid.	draginta, (d) rerum potitur. Josapha-	
v. 10.	tus, emortuo Asâ, regimen exorsus,	
e 3. Reg.	25. annorum spatio (e) regnat.	3146.
22. v. 42	Hoc temporis tractu Elias Thesbi-	
f 3. Reg.	tes in vivis agebat. (f) Cui patria non	
17. v. 1.	fuit Thebes Tribûs Ephraim, ubi (g)	
g Jud. 9.	Abimelech occubuit. Siccitas illa, quæ	
v. 50.	tempore Regis Achabi adeo Israelem	
h 3. Reg.	afflixit, naturalis erat. In spelunca qua-	
17. v. 6.	dam abditus Elias pascitur (b) à cor-	
i 3. Reg.	vis, ipsi panem & carnem ministranti-	
19. v. 15	bus. Elias Divino parens præcepto, (i)	
l 4. Reg.	& Hazaelem Regem Syriæ, & Jehu in-	
8. v. 17.	unxit, atque Eliseum. Postremò curru	
m Ibid.	quasi igneo in Paradisum transvehitur,	
v. 26.	ubi modò vivit.	
n 4. Reg.	Joram filius Josaphati (l) regnat	3154.
11. v. 3	8. annis. Hujus filius Ochozias, uno	3155.
o 4. Reg.	anno (m) regnavit. Athalia, Ochoziæ	3161.
12. v. 1.	mater, 6. annis (n) imperat. Post A-	
p 4. Reg.	thaliam verò Joas Rex salutatur, quo	
14. v. 2.	post 40. regni annos (o) sublato, reg-	3201.
q 4. Reg.	num filio suo Amasiæ defertur, qui	3230.
15. v. 2.	29. annos (p) regnavit. Regi Amasiæ	3282.
r Ibid.	succedit Azarias, seu Ozias, ac 52.	
v. 33.	annos (q) regnat. Joatham, dela-	3298.
s 4. Reg.	tum sibi regnum tenuit (r) 16. annos:	
16. v. 2.	totque annis regnum Achaz filii Joa-	3314.
	thami (s) fuit absolutum.	.0001
	Post Achaz regnare cœpit Ezechias,	
	cujus anno 4. Salmanasar, Assyriorum	3318.

Rex,

A.O.C.	Rex, arima intulit Samariæ: qua ex-	t 4. Reg.
3320.	pugnatâ anno 6. Ezechia, (t) Israelitas abduxit captivos. Eo temporis uterque Tobias (u) Nephtalita, Nini- vem à Salmanasare ducitur captivus. Salmanasaris regnum (x) adiit Sennacheribus. Sed irâ percitus ob suorum stragem, anno 16. Regis Ezechia (y) factam, plurimos Israelitas occidit, quo- rum corpora pius Tobias (z) sepultu- ræ mandabat. Qua de causa Sennache- ribus, mortis sententiam in eum tulit, eiusque facultates diripuit. Sed per Achiacharum, Anaëlis filium, & ipsius Tobiæ ex fratre nepotem, & mortis sententiâ eximitur, & suis facultatibus restituitur. Seniori Tobiæ, cum lumi- num vis, naturali stercoris hirundinini * virtute, penè fuerit excessa, ubi sa- lubri fellis (a) Callionymi virtute pel- luntur obstantia, (b) naturaliter inte- gratur.	18. v. 9. 10. & 11. u Tob. 1. v. 1. x Ibid. v. 18. y 4. Reg. 19. v. 35 z Tob. 1. v. 21.
3330.	* Tobias junior, Patris jussu, in Me- diam proficiscitur, Raphaele comite, ac urbem alteram, (c) cui Rages nomen, concessit. Hac in urbe Tobias, Angeli monitis insistens ad Raguelém divertit, à quo summo studio & humanitate ex- cipitur: ac tandem Saram * virginem, Raguelis filiam, septies nuptam (Dœ- mon enim Asmodæus, septem illius vi- ros (d) effræni libidine prurientes oc- ciderat) ducit * uxorem. Denique Se- nior Tobias, anno vitæ secundo supra centesimum (e) moritur. Junior au-	* Tob. 2. v. 11. a Tob. 6. v. 9. b Tob. 11. à v. 13. c Tob. 6. v. 6. * Tob. 6. v. 22. d Ibid. v. 14. * Tob. 7. v. 15. e Tob. 14 v. 2.

f Ibid. v.  
16.

g 4. Reg.  
20. à v.  
1.

h Isa. 38  
v.8.

i 4. Reg.  
20. v. 13  
\* 4. Reg.  
20. à v.  
17.

l 4. Reg.  
18. v. 13  
O cap.  
20. v. 6.

m 4 Reg.  
21. v. 1.  
n 2. Par.  
33. v. 11  
o Judith  
9. v. 2.

p Judith  
10. v. 12

tem Tobias post subversam Ninivem,  
anno ætatis undecimtesimo (f) naturæ  
concessit.

Ezechias, anno regni 14. finito, gravi  
morbo correptus, lectulo decumbebat;  
(g) sed quoniam de ipsius salute con-  
clamatum fuerat ab Isaia, humiles ad  
Deum preces fudit, lachrymarum imbre  
perfusus: nec mora, Deus per Isaiam  
Prophetam, illum æquo animo esse, ac  
bene habere jubet. Tunc brevissimo  
tempore Sol retrorsum volvitur; um-  
bra pariter decem lineis (h) retrocedit  
in horologio Achaz, *cujus unaquæque  
linea, unam signabat horam.* Dehinc  
Ezechias, dum legatis Berodachi Regis  
Babyloniorum suos ostentat thesauros,  
(i) leve crimen admittit, vanitatis  
vi abreptus: quod in causa fuit, ut  
Isaias \* ei multa, sed infausta prædice-  
ret. Ac tandem, cum annis (l) unde-  
triginta regnasset, ad plures abiit.

Manasses filius Ezechiae, regno poti-  
tur 55. (m) annorum spatio. Babylo-  
nem ducitur captivus per Principes  
Regis Babylonici. (n)

Judithæ historiam, non sub Xerxe  
Persarum Monarcha, sed tempore Ma-  
nassis contigisse arbitror. Judith fuit (o)  
Simeonita, quæ, ut Bethuliam arcta  
obsidione ab Holopherne cinctam in li-  
bertatem vindicaret, è Bethuliæ muris  
egressa, primùm Assyrios offendit, ac le-  
ve mendacium admittit (p) dicens: *Ideo  
ego fugi, O c. dein Holophernem Persam*

3343.

3398.

con-

A.D.C.	convenit , quem nulli culpæ obnoxia polyticè ( q ) adorat, ac suo ipsius gla- dio ( r ) obtruncat.	q Ibid. v.20. r Judith 13.v.10
3400.	Amonis regnum duobus annis ( s ) duravit. Tempus verò regni Josiæ, an- nus unus ( t ) supra triginta. Sellum, seu Joachaz , cum regnasset 3. mensibus, ( u ) per Pharaonem Necao Ægypti Re- gem , regno privatur. Cui suffectus fuit Eliacim , seu Joakim , vel Jechonias, ( x ) qui anno regni ( y ) ipsius 4.excur- rente , & Nabuchodonosoris 1. Baby- lonem abducitur captivus. Anno verò Joakimi undecimo , & Nabuchodono- soris septimo completo , Joakimus à latrunculis ( z ) occiditur, atque Joachin, seu Jechonias , Joakimi filius , annos natus ( a ) duodeviginti , regnum adiit, quo potitus fuit 3. mensibus , & 10.die- bus. Hunc pariter Nabuchodonosor Ba- bylonem abduci ( b ) jubet.	s 4.Reg. 21.v.19 t 4.Reg. 22.v.1. u 4.Reg. 23.v.31 x 4.Reg. 23.v.34 y fer.25 v.1. z 4.Reg. 24.v.2. a 4.Reg. 24.v.8. b 2.Par 36.v.9. c Ibid. v.13.
3435.	Vasa aurea in varios Templi usus, Salomonis jussu fabrefacta , Babylonem ( c ) asportata fuere. Hac miserrima cla- de Principes , hominesque , & robore, & armis potentes ad decem usque mil- le ( d ) capti , traducuntur.	b 4.Reg. 24.v.15 d Ibid.
3442.	Nabuchodonosor verò Judæorum regnum ( e ) detulit Sedeciæ, (qui Mattha- nias dicebatur) Joachini Patruo. Anno regni Sedeciæ nono , Nabuchodonosor obsidione cingit( f ) Jerosolymam, quam anno 11. Sedeciæ, ( g ) suæ ditioni sub- egit. Fugientem Sedeciam capiunt Ba- bylonii,eumque ad Nabuchodonosorem	v.14. e Ibid.v. f 4.Reg. 25.v.1. g fer. 52. à v. 5.
3451.		
3453.		

h 4. Reg.	ducunt in Reblatha ( b ) agentein. Tunc	A.O.C.
25. v. 5.	Sedecias , Nabuchodonosoris jussu,	
¶ 6.	oculis effosis , atque peremptis filiis,	
i Ibid.	Babylonem dicitur ( i ) catenis vincitus,	
v. 7.	anno Nabuchodonosoris decimo octa-	
1 fer. 25.	vo. Ab hoc anno Sedeciæ 11. initium	
v. 11.	duco septuaginta annorum captivitatis	3454.
m 4. Reg	Babylonicae. ( l )	
25. v. 8.	Anno autem Nabuchodonosoris 19.	
n fer. 52	excurrente , Nabuzardanus è Reblatha	
à v. 12.	missus , ( m ) Jerosolymam pervenit die	
o Ibid.	7. mensis 5. cui die decimo ejusdem	3458.
v. 30.	mensis ( n ) ignem admovet , ac diruto	
p Ibid.	muro , urbs cum Templo in cineres,	
v. 31.	favillasque dissolvitur. Denique Nabu-	
q fer. 27	zardanus anno 23. Nabuchodonosoris,	
v. 7.	plurimos Judæorum ( o ) Babylonem de-	
r Dan. 5.	portat.	
v. 30. ¶	Nabuchodonosor, anno sui regni 45.	3480.
31.	& Monarchiæ 22. moritur. Cui succe-	
s 2. Par.	dit ejus filius Evilmerodachus: ( p ) quo	
36. v. 23	sublato , Balthasari , Evilmerodachi fi-	
	lio , ( q ) regnum defertur. Post Baltha-	
	sarem , Darius Medus Babylonicum ca-	
	pessit imperium : ( r ) quo vitâ functo,	
	eodem ipso anno , qui solus Dario il-	
	luxit , Cyrus Perfa , à Chaldæis , Me-	
	dis , & Persis Monarcha renunciatus	
	Babyloniam Judæorum captivitatem	
	solvit. ( s )	3523.
	A jactis ergo Templi fundamentis	
	usque ad solutam captivitatem Babylo-	
	niam elapsi sunt quingenti anni.	

A.O.C.

## SEXTA MUNDI ÆTAS,

*A soluta Captivitate Babylonica  
usque ad Christi Domini  
Mortem.*

3523.

**C**Yrus Persarum Monarcha, anno 1. sui imperii, nedum Judæis amplissimam facultatem dedit, patrios lares adeundi, sed & Urbem, & Templum (*t*) reædificandi. Qua de causa Sassabas, idest Zorobabel, Princps Judæ, cum plurimis Judæorum, Jerosolymam pervenit: ubi exstructo holocaustorum (*u*) altari, Deo litatum est. Ab hoc anno 1. Monarchiæ Cyri, initium duco 70. Hebdomadum (*x*) Danielis. Anno verò Monarchiæ Cyri secundo, Templi ædificationi se accingunt Judæi. (*y*) Cyrus, *solis* 3. annis Monarcham egit.

*t 2. Par.  
36. v. 21  
y Jer.  
45. v. 13  
u 1. Es.  
3. v. 3.  
x Dan. 9  
v. 24.*

3524.

Cambyses, Cyro succedit, qui malis Samaritanorum artibus jubet \* Templi ædificationem intermitti. Judæi autē anno Darii Hystaspis filii secundo, iterum manus admovent Templo construendo, (*z*) quod anno ipsius Darii (*a*) 6. fuit absolutum. Hoc tempore Nehemias à Dario Hystaspida Jerosolymā missus \* precibus ad Deum fusis, aquam crassam è puteo haustam, verum ignem effecit, sacrificiis aptum. Arca verò in hoc Templo Zorobabelico non fuit.

*y 1. Es.  
3. v. 8.*

\* 1. Es.  
4. v. 21.

*z Ibid.  
v. 24.  
a 1. Es.  
6. v. 15.  
\* 2. Mac  
1. à v.  
20.*

		A.O.C.
b <i>Eth. 2.</i>	Estheris pulchritudo , imperio digna, maritum sibi ascivit <i>Darium Hyaspidam</i> , anno hujus Monarchæ (b) septimo.	3539.
v. 16.	<i>Esdras</i> , (c) anno 7. <i>Xerxis</i> , Jerosolymam iterum (d) se confert : Nehemias verò, anno 20. Artaxerxis Longimani, (e) in Jerusalem venit, qui Judæis author fuit, (f) ut Jerosolyma , solùm 52. dierum * spatio , muro cingeretur.	3575.
c 1. <i>Ez.</i>		3608.
7. v. 1.		
d <i>Ibid.</i>	Alexander Magnus , Philippi Regis Macedoniae filius , ibique natus, primus renunciatur totius Græciæ (g) Monarcha. Amplissimum imperium inter suos Principes dividendum , Perdicca mandat , quod non nisi post ipsius mortem executum est. Postquam Alexander 12. annis (h) regnavit , occubuit , <i>non crapula</i> , <i>sed veneno</i> .	3672.
v. 7.		
e 2. <i>Ez.</i>	A Seleuco , altero ex successoribus Alexandri , originem dicit Antiochus Epiphanes , qui anno Græcorum 137. (i) regno potitur. Tempore Antiochi , plurimi Judæorum gymnasium sibi extruendum curarunt Jerosolymis , * ut leges , & instituta gentilica docerent. Qui dum fecisse sibi præputia dicuntur , illos <i>non circumcidisse pueros ipsis tunc nascentes exprimitur</i> .	3821.
2. à v. 1.		
f <i>Ibid. v.</i>	Anno 143. Antiochus , Ptolomæo Ægypti Rege subjugato , in Judæam se confert , atque Jerusalem Sanctam (l) occupat. Qui dum Antiochiae sævit in 7. Machabæos * fratres , hi cum Matre , martyrii gloriâ clarescunt. Profanato autem Templo die 25. mensis 9. anno	3827.
1 <i>Ibid. v.</i>		
22.		
* 2. <i>Ma.</i>		
7. à v. 1.		3829.

A.D.C.	145. ( <i>m</i> ) Mathathias de genere sacerdotali , & Summum Sacerdotium , & Populi Principatum ( <i>n</i> ) jure sibi vindicat. Judæi illi , qui nec impiæ Antiochi voluntati parere , nec Sabbato pugnare voluerunt , * nullum crimen admittunt. Mathathiæ jungitur ( <i>o</i> ) Assidæorum Sinagoga , quæ erat Judæorum militia pro bello sacro instituta. Anno 146. Mathathias, naturæ concedit, ejusque corpus sepelitur in suburbis Modin. ( <i>p</i> ) Tunc Judaicum imperium ad Judam , Mathathiæ primogenitum ( <i>q</i> ) defertur. Qui anno 148. die 25. mensis 9. Templum purgavit, integro triennio profanatum , ( <i>r</i> ) in quo sacrificia obtulit , igne ex lapidibus * naturaliter concepto.	<i>m i Ma.</i> <i>i. v.62.</i> <i>n i Ma.</i> <i>2. v.1.</i>  <i>* Ibid.</i> <i>v.34.</i> <i>o Ibid.</i> <i>v.42.</i>
3830.	146. Mathathias, naturæ concedit, ejusque corpus sepelitur in suburbis Modin. ( <i>p</i> ) Tunc Judaicum imperium ad Judam , Mathathiæ primogenitum ( <i>q</i> ) defertur. Qui anno 148. die 25. mensis 9. Templum purgavit, integro triennio profanatum , ( <i>r</i> ) in quo sacrificia obtulit , igne ex lapidibus * naturaliter concepto.	  <i>p Ibid.</i> <i>v.70.</i> <i>q i Ma.</i> <i>3. v.1.</i>
3832.	148. Anno 150. Judæis bellum infert Antiochus Eupator. ( <i>s</i> ) Eleazar, Mathathiæ filius , elephantem occidens, nullum crimen admittit. ( <i>t</i> )	  <i>r i Ma.</i> <i>4. v.52.</i> <i>* 2. Ma.</i> <i>10. v.3.</i> <i>s i Ma.</i> <i>6. v.20.</i> <i>t Ibid.</i> <i>v.46.</i>
3834.	151. Anno 151. Demetrius , Seleuci filius , oppidò quam justè Antiochum Eupatorem ( <i>u</i> ) regno Syriæ expulit. Tunc temporis , Aaronicus Sacerdos, cui Alcimo nomen , * erat Pseudopontifex. Oratio verò Sacerdotum , quæ I. Mach. 7. v.38. narratur , bona , sanctaque fuit.	  <i>u i Ma.</i> <i>7. v.1.</i> <i>* Ibid.</i> <i>v.14.</i>
3835.	Nihil eorum , quæ cap. 8. lib. I. Mach. de Romanis narrantur , fulsum est. Judas , amplissima laude dignus,	

		A.O.C.
* 2. Ma. 15. à v. 11.	fœdus iniit cum Romanis , qui certè mentis , non oculorum acie vidit O- niam orantem , atque Jeremiam * sibi gladium porrigentem , meritisque cla- rus anno 6. sui regni , vitâ excessit. Cui Jonathas jure sufficitur , & in Sa- cerdotio , & in populi principatu. (x)	3836.
x 1. Ma. 9. v. 30. y 1. Ma. 10. v. 1.	Anno 160. Græcorum , Syriæ reg- num injustè adiit Alexander Bales , (y) Antiochi Epiphanis filius , quocum Jo- nathæ licuit fœdus inire , sed ab illo Summum Pontificatum non accepit. Anno 170. Judæorum res tranquillæ fuerunt , ac felices sub Simone (z) le- gitimo illorum Duce , & Pontifice. De- metrio Seniori (a) nascitur Antiochus Soter , Demetrii junioris frater. Tres , & non plures fuerunt Simoni filii , una- que filia , quibus natu major fuit Joan- nes. Prudens Simon postquam in con- vivio per Ptolomæum malo dolo peri- mitur (b) anno 177. Græcorum , sum- mum Judæorum imperium , atque Sa- cerdotium penes Joannem fuerunt , cog- nomento Hircanum.	3844. 3854.
b 1. Ma. 16. à v. 14.	Anno 188. Græcorum , scripta fuit epistola , quæ ponitur 2. Macha. 1. à v. 10. cui subscripsit Judas , non Ma- chabæus , sed Essenus. Hæc epistola , quæ verè distinguitur ab illa , quæ eodem capite à v. 1. incipit , de Antiocho E- piphane loquitur.	3861. 3872.
	In anno 5. Octaviani Augusti , reg- num Judææ Herodi Magno defertur , qui 3. pòst annis , expugnatâ Jeroso-	3939.
		3942.

ly-

- A.O.C. lymâ , atque occisso Antigono , Judai-  
carum rerum potitur.
3960. Anno Herodis 21. Joachimo , An-  
næ uxoris suæ sterilitatem æquo , & hu-  
mili animo per multos annos ferenti  
nascitur BB. V. MARIA , quam super-  
no perfusus gaudio obviis ulnis susci-  
pit , & contemplatur , adeo naturæ , &  
gratiæ dotibus exornatam , ut inter crea-  
turas omnes , nec pulchrior nulla , nec  
sanctior sit.
3963. Octavo Septembris die in lucem  
prodiit in Civitate Nazareth : octavo  
pariter à nativitate die , gloriosissimo  
MARIÆ donatur nomine. Quæ 3. an-  
nos emensa in Templo præsentatur , in  
quo 11. annis confedit : ubi hebræas  
literas apprimè callens , Sacrarum Scrip-  
turarum arcana , alta mente contempla-  
batur , vel data sibi pensa trahens , vi-  
tam agebat sanctissimam. Virgo per-  
mansit toto vitæ tempore , virginita-  
temque Deo sacravit voto primùm con-  
ditionato , & tandem absoluto.
3974. B. Virgo anno ætatis 14: exacto,  
verum ratumque iniit matrimonium , at-  
que Josepho (c) nupsit , viro quidem  
pauperi , filio tamen naturali (d) Jaco-  
bi , & legali (e) Heli. Hoc autem ma-  
trimonium Mariam inter , & Josephum ,  
quin fuerit ante Divini Verbi incarna-  
tionem cohabitatione perfectum , nullus  
dubito.
- Uno ante Christi nativitatem anno ,  
cum Zacharias in solemini Expiationis

c *Luc.1.*  
v.17.  
d *Matt.*  
i. v.16.  
e *Luc.3.*  
v.23.

f *Luc. i.*

v. 13.

g *Ibid.*

v. 29.

h *Ibid.*

v. 39.

i *Ibid. v.*

15. ♂

44.

l *Matth.*

i. v. 19.

m *Mat.*

2. v. 1.

♂ *Luc.*

2. à v. 4.

die, Summi Sacerdotis vices gereret, ad eum felix nuncius pervenit, filii conceptionem ex Elisabetha sterili prænuncians. (f)

Sexto pòst mense, postquam Elisabetha ferebat uterum, die 25. mensis Martii, cum nox feriæ sextæ in suo cursu medium iter haberet, Gabriel Archangelorum supremus mittitur in Nazareth ad Virginem Mariam, quæ illius sermone, atque visione corporea (g) turbatur. B. Virgo simul ac Gabrieli Divini Verbi conceptionem nunciandi consensum præbuit, actutum Æterni Patris Filius humanam carnem assumpsit in ejus purissimo utero.

Paulò pòst Maria festinans, è Nazareth profecta venit in urbem tractus montani (h) Judææ, *Josepho comite*, ut Elisabetham gravidam inviseret, mansitque apud illam tres menses, quibus exactis, domum revertitur post Joannis nativitatem. Ut primùm insonuit Mariæ vox, Elisabetham salutantis, Joannes materno utero clausus exultavit, rationis compos, & Spiritu Sancto (i) repletus. Josephus, cum Mariam, uterum ferente nolle diffamare, illam occultè dimittere meditabatur. (l)

Tandem aliquando JESUS CHRISTUS Æterni Patris Filius nascitur Virgini Matri Mariæ, in spelunca quadam (m) Bethleheimi muro adjacente, anno ab Orbe condito 3975. & à principio

3975.

A.O.C.

Hebdomadarum Danielis 453. anno  
præterea 40. imperii Augusti, & regni  
Herodis 36. Consulibus Augusto Cæ-  
sare XII. & L. Cornelio Sylla.

Christus Dominus 8. a natalibus  
die, in ipsamet spelunca Bethlehe-  
mitica, circumcisionis legi paret, atque  
inclemenci ferro sui præputii caro (*n*)  
secatur, non obligatione, se propria  
ipsius voluntate; cui Sanctissimum no-  
men JESU fuit inditum. Die verò ab  
eius nativitate tertiodecimo, seu Ja-  
nuarii sexto, in eodem nativitatis lo-  
co, tres Magi, viri sapientes, & re-  
gia dignitate illustres, præeunte stella,  
quam in oriente (*o*) viderant, Bethle-  
hemum ex Arabia Felice venerunt, &  
Jesum adorarunt, verum Regem, ve-  
rumque Deum.

Expletis à partu virgineo 40. die-  
bus, Puer Jesus ex præscripto Legis  
Mosaycæ (à qua immunis) Deo sistitur  
in Templo. (*p*) Pariterque B. V. Ma-  
ria, Purificationis legi subdi voluit.  
Quibus peractis, in Civitatem Naza-  
reth (*q*) se conferunt: ubi Josephus  
in somno admonitus, cum Puerō, &  
Matre, (*r*) eadem nocte in Ægyptum  
secessit, persecutionis vitandæ causâ.  
Nec multūm pòst, videns Herodes, (*s*)  
quoniam illusus esset à Magis, neci tra-  
didit omnes pueros Bethlemitas, bi-  
mulos, & infrà, ne elaberetur Puer  
Jesus, cui Magi regnum Judææ deferri  
nunciaverant.

*n Luc.2.*  
*v.21.*

*o Mat.2*  
*av.1.*

*p Luc.2.*  
*av.22.*

*q Ibid.*  
*v.39.*  
*r Mat.2*  
*v.13.*  
*s Ibid.*  
*v.16.*

t *Ibid.* à  
v. 19.

u *Luc.* 2.  
v. 43.

x *Ibid.*  
v. 46.  
y *Luc.* 3.  
v. 23.

z *Luc.* 3.  
v. 21.

a *Ibid.*  
v. 22.

b *Luc.* 4.  
v. 1.

c *Ibid.*  
v. 2.

d *Ioan.*  
2. à v. 7.

Josephus iterum in somno admonitus (t) Ægypto proficiscitur cum Uxorē Maria, ejusque Filio, atque in Palaestinam venit: Archelaum tamen veritus in Galilæam concessit, ut habaret in Nazareth.

Cum Jesus, duodecimum annum ageret, Jerosolymam adducitur, (u) sed Parentibus suis sese occulte subduxit, mansitque, fortè mendicans, tertio autem die reperitur in templo. (x)

Jesus Christus verò anno ipsius (y) 30. ineunte, qui erat annus 16. imperii Proconsularis Tiberii, ad Joannem venit, ut ab eo baptizaretur: cumque die 6. Januarii baptizatus fuisset, & ex aqua egressus, (z) apertum fuit Cœlum, non aëris, neque Cœlorum reseratione, sed imaginaria tantùm, vel intellectuali visione. Tunc Spiritus Sanctus descendit corporali specie columbae, (a) quæ verum fuit animal. Tunc pariter audita est vox Patris: Tu es Filius meus, &c.

Jesus aquis tintus in Jordane, Spiritus Sancti afflatu in desertum (b) se recipit: ibi nihil comedens, cum 40. diebus jejunasset, (c) posteà esuriit, atque à Diabolo aggressus, tribus temptationibus impetratur, eo ipso ordine, quo à Matthæo recensentur cap. 4.

Christus D. præsens adest nuptiis in Cana Galilææ: ubi aquam (d) verè convertit in vinum die 6. Januarii, anno 31. ipsius excurrente. Ab hoc mi-

3987.

4005.

4006.

ra-

A.O.C.	raculo suam exorsus prædicationem , ad 3. annos, & aliquot menses , eam pro- traxit. Christus verò cum 3. Apostolis ( e ) montem Thabor conscendit , in quo Petrus , Jacobus , & Joannes , at- que Moyses in corpore assumpto , & Elias in proprio , lucida nube desuper offusa , Christum intuentur ( f ) instar Solis splendentem , atque niveo can- dore perfusum.	e Mat. 17. v.1.  f Ibid. à v.2.
4009.	Sexto die ante Pascha , Christus Do- minus honorificâ excipitur Cœnâ à Si- mone Leproso , Bethaniæ incolâ. Quo in tempore Maria illa ( g ) olim impu- dica Christum ungit , seu pretioso un- guento caput , & pedes ejus perfundit; quam ipse suæ gratiæ beneficio in bo- nam frugem conversam , à peccatis con- donarat , & in libertatem à septem dœ- moniis vindicarat. ( h ) Hæc eadem est Maria Magdalena , Lazari , Marthæ- que soror.	g Luc.7. à v. 37. ꝝ c. 8. v. 2.
4009.	Feriâ primâ , quam nos Domini- cam vocamus , Christus Jerosolymam ( i ) ingreditur : populus autem ei gra- tulans , & plaudens , Hosanna , id est, Salva quæso acclamabat. ( l ) Quo die iterum Bethaniam ( m ) concessit. Fe- riâ secundâ , iterum Christus Jerosoly- mam repetens , ficum offendit fructi- bus carentem , cui imprecatur , & ari- dam ( n ) facit ; quam ejus Discipuli sequenti die vident , atque mirantur arefactam.	h Mat. 26. à v. 6. Mar. 14. à v. 3. ꝝ Jo- an.12. à v.1. i Mar. 11. l Ibid. v. 9. ꝝ 10. m Ibid. v.11. n Ibid. v.14.
	Feriâ quartâ , Judas Christi Domi-	ni

o *Mat.*  
 26. v. 2.  
 3. 14. ♂  
 15.  
 p *Mat.*  
 26. v. 17  
 q *Mat.*  
 26. à v.  
 26. ♂  
*Mar.* 14  
 à v. 22.  
 r *Joann.*  
 13. à v.  
 2.  
 s *Mat.*  
 26. v. 31  
 t *Luc.* 22  
 v. 44.  
 u *Ibid.*  
 v. 43.  
 x *Joan.*  
 18. v. 8.  
 ♂ 12.  
 y *Ibid.*  
 v. 13. ♂  
 24.  
 z *Mar.*  
 14. à v.  
 66.

ni proditionem cum Principibus Sa-  
 cerdotum paciscitur. (o) Feriâ verò  
 quintâ , seu Lunâ 14. mensis Nisan ad  
 secundam vesperam , Christus Domi-  
 nus ultimum Pascha , (p) & à suo  
 Baptismate quintum peregit eodem die,  
 quo Judæi illud celebrarunt. Igitur Chri-  
 stus cum Discipulis in pedes erectus  
 agnum paschalem comedit: deinde men-  
 sæ una Paropside , ac pluribus cati-  
 nis instructæ accumbit , cœnam com-  
 munem sumpturus , in qua V. Euchari-  
 stiæ Sacramentum (q) instituit , Juda  
 præsente , qui porrectam à Christo Eu-  
 charistiam sub utraque specie sumpfit.  
 Hac verò absolutâ cœnâ , (r) surgit Chri-  
 stus , & lavat pedes Apostolorum.

Christus autem , his peractis , Cœ-  
 naculo egressus cum Discipulis , Mon-  
 tem Olivarum (s) concessit , ibique  
 orans , sanguinis sudore naturaliter  
 (t) perfunditur. Gabriel autem in cor-  
 pore assumpto ei apparet , ac ipsum  
 verè confortat. (u)

Judas autem proditionem perpe-  
 trat, eademque nocte Christus (x) com-  
 prehendi se sinit. Vinculis igitur irre-  
 titus , ad Annam primùm , deinde ad  
 Caipham Pontificem ducitur. (y) Pe-  
 trus in domo Caiphæ , ter Christum  
 (z) pernegat : nec aliam ibi , nec ali-  
 bi adjecit negationem : Fidem tamen  
 non amissit.

Feriâ tandem sextâ , Christus ad Pi-  
 latum ducitur. Pilatus verò ipsum se-

4009.

mel

A.O.C.	mel flagellari jubet , (a) ac post im- positam Christo spineam coronam , in ipsum mortis sententiam tulit.	a <i>Joan.</i> 19. v. 1. G 2.
	Primùm Jesus Christus humeris suis Crucem (b) gestat ; deinde tamen so- lus Simon (c) Cyrenæus. Ubi Christus ad Calvariæ montem perductus est , im- minente meridie in Crucem agitur , (d) ibique inter duos latrones , clavis pa- riter crucifixos , è Cruce pendet , cor- pore nudo , sed non omnino , atque spineâ coronâ capiti impositâ. Cujus manus duobus clavis Crucis affixæ te- nentur : ejus verò sacri pedes <i>aliis duo-</i> <i>bis clavis</i> tabulæ suppedaneæ affigun- tatur. Sacrum denique Christi Corpus cui- dam scabellulo in medio Crucis stipi- te defixo acclinatur , & quasi à tergo innititur.	b <i>Ibid.</i> v. 17. c <i>Luc.</i> 23. v. 26 d <i>Ibid.</i> v. 33.
4009.	Beata V. Maria ibi (e) adest , acer- bissimo quidem tacta dolore , sed ani- mi , viriumque deliquium non patitur. Tunc universus terrarum Orbis nigris obducitur (f) tenebris. Christus autem Dominus annos natus 33. tresque men- ses , moritur. Cujus latus dextrum lan- ceâ confossum , sanguine primùm , dein- de aquâ (g) manavit. Ac tandem Ju- daico ritu sepelitur.	e <i>Joan.</i> 19. v. 25
	Fluxerunt ergo à soluta captivita- te Babylonica , seu ab initio Hebdo- madarum (h) Danielis usque ad Mor- tem Christi Domini 487. anni.	f <i>Mat.</i> 27. v. 45
		g <i>Joan.</i> 19. v. 34
		h <i>Dan.</i> 9. à v. 25. ad 27.

## ULTIMA MUNDI ÆTAS,

*A Morte Christi Domini usque ad  
Mundi Novissima.*

## §. I.

i *Luc. 24*  
av. i.

1 *Mar.*  
16. v. 9.  
C *Foa.*  
20. av.  
11.  
m *Acto.*  
1. v. 4.  
n *Joan.*  
21. av.  
15.  
o *Joan.*  
20. av.  
21.  
p *Mar.*  
16. v. 15

**I**llucescente aurora diei Dominici posteaquam Sacrum Christi Corpus ferme 36. horis in sepulchro jacuerat, à morte ad vitam (*i*) suapte vi, ac potestate rediit Christus, plene refecto, atque animato corpore. Eo temporis plures Sancti ad vitam pariter rediguntur, *sed mortalem*. Ubi Christus resurrexit, primùm Virgini Matri suæ Mariæ sese conspicuum exhibuit: deinde Mariæ Magdalena, Lazari, Marthæque (*l*) sorori ubertim ad sepulchrum illacrymanti. Christus autem per 40. dies post Resurrectionem Apostolis verba fecit, corpore vestibus circumfecto, verè (*m*) convescens, & loquens de Regno Dei. Tunc temporis Beato Petro actu detulit Christus (*n*) supremum in totam Ecclesiam jus, & imperium. Reliqui verò Apostoli, Petro auctoritate minores, non huic, sed Christo immediate acceptam (*o*) referunt jurisdictionem. Quibus omnibus promulgandæ Legis Evangelicæ, & Ecclesiæ per Orbem dilatandæ provinciam (*p*) demandat Christus, eâ

4009.

Fi-

A.D.C. Fidei, & morum perfectissima cognitione instructis, ut & antiquos Prophetas, & posteriores Ecclesiæ Patres longè, latèque anteirent.

4009. Die verò quadragesimo post Resurrectionem suam, qui eo anno incidit in feriam quintam, seu diem Jovis, Christus Dominus Discipulos suos in montem Oliveti adducit, illisque valere jussis, sua præpotenti virtute pavlatim in altum erecto corpore (*q*) fertur; in æthere autem per lucidissimam nubem (*r*) Apostolorum oculis subducitur, atque subito in culmen Cœli Empyrei se recepit, Angelorum choris stipatus. Tunc unà secum Sanctorum animas, quas è Limbo eduxerat, in Empyreum evexit, suaque pedum vestigia in montis vertice reliquit impressa. Hinc Christi Discipuli Jerosolymam se (*s*) conferunt; ubi in orationem funduntur, ac jactâ verâ, licitaque sorte, signo etiam cœlitus immisso irradiante, Proditoris Iudæ Apostolatum (*t*) Mathiæ deferunt.

4009. Exacto die post Christi Ascensionem nono, atque die Dominico excurrente, Divinus Paracletus non in duodecim Apostolos modo, inque Beatam V. Mariam, sed etiam in alias pias mulieres, & Christi Discipulos, qui erant in Cœnaculo, (*u*) cœlitus illabitur, dispertitis, seu dissectis linguis, verè igneis super singula Apostolorum, ceterorumque, qui ibi aderant,

*q Act. i.*

*v.9.*

*r Ibid.*

*s Ibid.*

*v.12.*

*t Ibid.*

*v.26.*

*u Act. 2.*

*à v.1.*

x *Act. 2.*  
à v. 14.

y *Ibid.*  
v. 41.

z *Act. 3.*  
v. 2.

a *Ibid.*  
à v. 11.

b *Act. 4.*  
v. 4.

c *Ibid.*  
à v. 5.

d *Act. 5.*  
à v. 2. ad  
5.

capita insidentibus. Tunc omnes infusam linguarum cognitionem acceperunt : quippe qui omnium nationum linguis fuerunt instructi , atque licet solâ suâ patriâ , seu vernaculâ linguâ conciones ad populos , & nationes linguis discrepantes haberent , plene audiebantur , & intelligebantur. Eodem die Petrus ( qui crimen , quod sine infidelitate Christum negando admisserat , lacrymarum imbre laverat ) sapientiâ , & cœlestibus virtutum donis perfusus in publicum ( x ) erumpit , ac Jerosolymis Christum verum Deum anunciat adeo felici exitu , ut animæ circiter tres mille sacris baptismi aquis fuerint ( y ) expiatæ.

Petrus autem claudio cuidam , qui ante atrium in extima Templi porta Corinthia , ære fabrefacta eleemosynam ( z ) petebat , restituit incolumentatem. Petrus , sanato claudio , in ea quæ adhuc saltem aliqua parte superstes erat , porticu à Salomone constructa , hoc est in atrio gentium , quò populus turmatim confluxerat , concessionem ( a ) habet , atque quinque millia virorum in Christi Fidem in præsentia consentiunt. ( b ) Qua de causa Petrus sequenti die causam dicere jubetur in magno Sy nedrio , ( c ) in quo etiam Annas confedit , sed non erat Summus Pontifex. De criminis , quod Ananias , & Saphira admitterant , jure inquirit ( d ) Petrus ; quibus fraudis , & gravis sa-

4009.

cri-

A.O.C.	crilegii pœnam, <i>non ad supplicium sempernum, sed ad expiationem peccati</i> infligit Deus. Dehinc Petrus, aliquis in carcerem detruduntur, sed Angelo carceris januas ( <i>e</i> ) recludente, foras emmittuntur vetante nullo. Gamaliel Legisperitus, <i>qui eo tempore jam in Christum crediderat</i> , Pauli & Barnabæ Præceptor, ac tandem Christi Martyr, impiorum Theodæ, & Judæ Galilæi mentionem fecit ( <i>f</i> ) in Concilio: sed hi multis antè annis diem obierant.	e <i>Ibid.</i> v.19.
4009.	Hoc eodem mortis Christi anno excurrente, Judæi Græci non sine crimen ( <i>g</i> ) obmurmurant. Apostoli verò septem ordinarunt Diaconos, patriæ Græcos, sed Religione Judæos per solam manuum ( <i>b</i> ) impositionem cum debita verborum forma: ut illi liberiùs prædicationi ( <i>i</i> ) & orationi incumberent: atque ut hi etiam sacræ & profanæ mensæ ( <i>l</i> ) assisterent.	f <i>Ibid.</i> à v.34. ad 37.
	Diaconorum ille, cui Nicolao ( <i>m</i> ) nomen, <i>non fuit Author heresis Nicolitarum</i> ( <i>n</i> ) in promiscuum feminarum usum effusorum. Omnium autem Archidiaconus fuit Stephanus, qui dum in Cœlum, eò anhelans, & suspirans, oculos ( <i>o</i> ) intendit, Dei Essentiam non videt: videt tamen Christum Dominum in Empyreo stantem, quandam etiam Divinam claritatem corporalem, eximiumque splendorem; atque cœlos non corporis, sed mentis acie contemplatur apertos.	g <i>Act.6.</i> v.1.
		h <i>Ibid.</i> v.6.
		i <i>Ibid.</i> v.4.
		l <i>Ibid.</i> vv.2. & 3.
		m <i>Ibid.</i> v.5.
		n <i>Apoc.</i> 2. v.15.
		o <i>Act.7.</i> v.55.

p *Aet.* i.

v. 13.

\* *Galat.*

i. v. 19.

q *Aet.* 8.

v. 1.

r *Ibid.* a

v. 14.

s *Ibid.*

v. 13.

t *Ibid.*

v. 18. ♂

19.

u *Ibid.*

v. 27.

x *Aet.*

22. v. 3.

Hoc anno Christi 34. exeunte, Jacobus Apostolus, Alphæi (p) filius, & Domini (ut ajunt) \* Frater, Jerosolymitani Episcopatūs honore primus decoratur. Hunc ad Episcopalis dignitatis ornementum quibusdam sacris insignibus uti solitum multi ferunt: in quorum sententiam ipse consentio.

Anno à Christo nato 35. Diaconi, & fideles in Christum credentes ob gransantem in eos persecutionem Jerosolymis excedunt (q) præter Apostolos. Petrus autem Joanne comite, paulò post Samariam se recipit, (r) ut quos Philippus Diaconus ad Christi Fidem converterat, in eadem Confirmatio-nis Sacramento firmaret. Eo temporis Simon Magus callidè se in Christi Religionem (s) insinuavit, sacris Baptis-mi aquis tintitus à Philippo. Sed ubi Simon pecuniâ suâ gratiam dandi Spiritum Sanctum per manus impositio-nem excipere (t) ambit, gravissimum crimen admittit, cui Simoniae nomen inditum est. Post hæc Philippus ab An-gelo admonitus, Eunicho (u) Abyssi-no Candacis Reginæ Æthiopum occurrit in via, quæ dicit in urbem Gazam Philistinorum, ac ipsum sa-cro Baptismate abluit. *Eunuchus autem non erat religione Iudeus.*

Saulus verò, Cilix (x) Tarsensis, equo insidens Jerosolymis proficiscitur, qui ubi Damascum propriùs accedit, cœlesti luce perfusus, atque à Deo

A.O.C.  
4009.

4010.

per-

A.O.C.	percusus ( <i>y</i> ) in terram labitur. Comites autem Sauli, lucem illam ( <i>z</i> ) vident, sed Sauli, & non Christi vocem audientes, in terram pariter ( <i>a</i> ) stupefacti corruunt. Exsurgit quidē Saulus, ac Damascum ingreditur. Hic ab Anania de Fide Christi optimè merito, post tres dies, & lumen vis ei integratur, ( <i>b</i> ) & sacrum suscipit Baptismum excurrente anno Christi <i>tricesimo sexto</i> .	<i>y Act.</i> <i>9.à v.3.</i> <i>z Act.</i> <i>22. v.9.</i> <i>a Act.</i> <i>26. v.14</i>
4011.	Priusquam Apostoli in varias orbis plagas Jerosolymis abscederent, Symbolum Apostolorum nomine vulgatum, <i>alii alios articulos pronunciantes</i> , componunt: pariterque Matthæus suum EVANGELIUM conscripsit sermone Hebraico. Cornelio autem Gentili, viro ecquidem justo, & perinde in Deum, atque homines pio appetet ( <i>c</i> ) Angelus, hominis speciem referens. Quem ut vidit Cornelius oculorum acie, ipsius iussa exsequitur. Petrum igitur in urbe Joppe agentem ( <i>d</i> ) accersit, ipsumque Cæsareæ pio, & religioso cultu adorat, ( <i>e</i> ) sed non latrâ. Cornelius autem sacro Baptismate abluitur à Petro: ipse tamen non fuit Gentilium primus, qui Christianam Fidem suscepit. Petrus Apostolorum Princeps in altissimam extasim cœlitus ei immissam raptus, ( <i>f</i> ) vas, velut linteum, hoc est Ecclesiam alta mente contemplatur. Post hanc Petri visionem, Apostoli invicem distracthuntur per orbein, anno Christi <i>septimo supra trigesimum</i> .	<i>b Act.</i> <i>9.à v.9.</i>  <i>c Act.</i> <i>10. v.3.</i>  <i>d Ibid.</i> <i>v.22.</i> <i>e Ibid.</i> <i>v.25.</i>  <i>f Ibid.</i> <i>v.11.</i>
4012.		

g Act.  
11.v.26h Act.  
12.v.1.  
G 2.i Ibid.  
v.6.l Ibid.  
v.8.m Pet.  
ult. v.  
12.

Petrus ergo laudato anno Antiochiam concessit, ibique septennium in Summo Pontificatu exegit: ubi tandem fideles in Christum credentes glorioso Christianorum nomine (g) donantur. *Præsenti etiam anno 37.* Jacobus Apostolus, Zebedæi filius, instar Solis Hispaniæ nostræ illuxit, ac bonum nuncium detulit, Christi scilicet Evangelium. Cui Cæsaraugustæ agenti, atque ad Iberum flumen in orationem fuso, sese conspicuam exhibuit V. Maria. Jacobus igitur in honorem Deiparæ, Oratorium erexit ibidem. Verùm ipse Hispaniâ excedens, Jerosolymam repetiit, ubi ab Herode Agrippa (h) Aristobuli filio, ultimo supplicio afficitur anno Christi 44. à quo etiam Petrus eodem anno in vincula (i) conjicitur. Sed Petrus Angeli dicto parens, velox se in pedes erigit, quos cum sandaliis muniisset, (l) in libertatem vindicatur.

Petrus igitur eodem Christi anno 44. jussus à Deo Rōmān venire, urbe in hanc, orbis caput ingreditur: ubi, reliquo Antiochiæ Evodio, suam Pontificiam Cathedram fixit, anno Christi 45. Quo anno Petrus Græcè suam scripsit PRIMAM EPISTOLAM CANONICAM, antequam Marcus, qui Romæ suum EVANGELIUM Græco conscripsit eloquio, ab ipso Alexandriam mitteretur. Laudatam Petri Epistolam Rōmā in Orientem detulit (m) Silas: in qua Roma

A.O.C.

4012.

4019.

4019.

4020.

me-

A.D.C.	metaphoricè appellatur <i>Babylon</i> , & merito. ( <i>n</i> )	<i>n Ibid.</i>
	Saulus, qui etiam <i>Paulus</i> anteà vocabatur, & Barnabas Antiochiam reversi sacro ritu ordinantur ( <i>o</i> ) Episcopi, eodem Christi anno 45. Postea verò Paulus, excœcato Bariesu, qui Elymas etiam, hoc est, Magus ( <i>p</i> ) nominatur, Sergium Paulum convertit ad Christi Fidem, à quo <i>Pauli nomen non accepit</i> .	<i>v. 13.</i>
4020.		<i>o Act.</i> <i>13. v. 3.</i>
4026.	Anno Christi 51. Jerosolymis sacram habent conventum ( <i>q</i> ) Petrus, Paulus, Jacobus Alphæi, Joannes, ( <i>r</i> ) alii: in quo Petrus circa controversiam Judæos inter, & Gentiles fideles sententiam dicit, quam Jacobus ( <i>s</i> ) explicat. Absoluto Apostolorum Jerosolymitano concilio, cum Petrus ( <i>t</i> ) venisset Antiochiam, meritò à Paulo reprehenditur: procul tamen à Petro abfuit omnis error in observantia legium. Postmodum Paulus, & Barnabas ( <i>u</i> ) propter Joannem Marcum, alium sane à Marco Evangelista, dissentientes, invicem corpore disjunguntur, salvo tamen mutuo Charitatis vinculo. Cum Paulus Timotheum venisset filium Eunice, feminæ Judææ fidelis, ( <i>x</i> ) hoc est, Christianæ, & Patre Gentili natum, ipsum circumcidit: quod Paulo vitio non vertam.	<i>p Act.</i> <i>13. v. 7.</i> <i>q 8.</i> <i>q Act.</i> <i>15. v. 6.</i> <i>r Gal. 2.</i> <i>v. 8.</i> <i>s Act. 15</i> <i>v. 13.</i> <i>t Gal. 2.</i> <i>à v. 11.</i> <i>u Act.</i> <i>15. v. 39</i> <i>x Act.</i> <i>16. v. 1.</i>
4027.	Anno Christi 52. Paulus Apostolus Athenas concessit; ubi Spermologi instar ab aliquibus ( <i>y</i> ) traducitur. At Paulus, cum in Athenarum vico, qui	<i>y Act.</i> <i>17. v. 18</i>

- z *Ibid.*  
 v.34. Areopagus vocabatur, concionem ha-  
 beret, Dionysium (z) Areopagitam,  
 postea Parisiensium Episcopum, *ejus-*  
*que uxorem* Damarim ad Fidem Christi  
 convertit. Hic ille Dionysius est, qui  
 videns Heliopoli mirandam contra na-  
 turam Solis defectionem, quæ tempore  
 Passionis Christi contigit, obstupuit.  
 Ibi etiam ut animadvertisit Paulus aram  
 IGNOTO DEO (a) inscriptam, hoc est, Deo  
 vero, & ineffabili, orationem in Ath-  
 enienses ipse retorquet optimus Rhetor.  
 Posteaquam Paulus Corinthum (c)  
 se recepit; invenit ibi Aquilam Pon-  
 ticum, alium sane ab Aquila Pontico,  
 Scripturæ interprete, & PRIMAM AD  
 THESSALONICENSES EPISTOLAM dedit.  
 Theffalonica autem erat urbs amplis-  
 sima, Macedoniae Metropolis, in qua  
 erat Ecclesia Christiana, quam Paulus  
 (d) unà cum Sila, & Timotheo sal-  
 vere jubet. Thessalonicenses monet  
 Paulus, ut uxoribus suis (e) castè &  
 honestè utantur. Illorum verborum (f)  
 sensum: Dominus in jussu, & in voce  
 Archangeli Michaëlis, & in tuba Dei  
 descendet, interroganti dabo.  
 Paulus Corin̄thi longam sesquianni  
 moram (g) traxit, arte scenofactoria  
 (h) victum sibi comparans: tabernacula  
 enim, & conopœa ex pellibus assutis  
 conficiebat. Corin̄thi pariter SECUN-  
 DAM AD THESSALONICENSES EPISTO-  
 LAM conscripsit, anno Christi 53. L.  
 Junius Gallio fuit frater L. Annæi Se-

4028.

ne-

4028. necæ, Præceptoris Neronis , quem Cor-  
duba , urbs Hispaniæ clarissima genuit.  
Quæ circumferuntur Pauli ad Senecam,  
& Senecæ ad Paulum epistolæ , ad fa-  
bellas amando. Laudato igitur Gallio-  
ne , Achaiæ Proconsule , Paulus Co-  
rinthiis fidelibus ( i ) vale dicens , na-  
vim concendit , comitibus Priscilla,  
& Aquila , atque Cenchreas appulit, al-  
terum Corinthi portum : ubi ( l ) Pau-  
lus sibi caput totondit , ut Nazaræa-  
tûs votum expleret.
4029. Anno Christi 54. Paulus Cenchreis  
venit ( m ) Ephesum , Metropolim Asiæ  
minoris. Inde Cæsaream Palæstinæ , &  
Antiochiam Syriæ se confert. Eo tem-  
pore Apollo , ( n ) verè alias ab Apel-  
le , cuius meminit Paulus cap. 16. ad  
Rom. v.10. à Priscilla , & Aquila ple-  
nè instructus ( o ) Fide Christiana , Je-  
sus Christum anunciat. Verùm Pau-  
lus peragrat , unius anni spatio, Ga-  
latiâ , & Phrygiâ , Ephesum ( p ) ite-  
rum accedit , anno Christi 55. Ephe-  
si non modo multa mala *per homines*  
*inhumanitate* ( q ) ferinos perpessus est  
Paulus ; sed etiam Demetrius ( r ) au-  
rifex , qui Dianæ simulachra , & ima-  
gines Dianæ templiū repræsentantes  
effingebat , cum aliis opificibus pari-  
ter tumultuantibus in Paulum inve-  
hitur.
- Adhuc *Paulus Ephesi versabatur*,  
cùm PRIMAM EPISTOLAM AD CORIN-  
THIOS scripsit : in qua Paulus verissi-
- i Ibid.  
v.18.
- l Ibid.  
v.18.
- m Ibid.  
v.19.
- n Ibid.  
v.24.
- o Ibid.  
v.26.
- p Act.  
19. v.1.
- q 1.Cor.  
15.v.32
- r Act.  
19. à v.  
24.

- s i. Cor. mè (s) inquit : Non missit me Christus baptizare. Quamvis luxuria, & gula sint peccata carnalia , seu in carna-  
li delectatione completa , verum nihil  
ominus habet , quod ait (t) Paulus:  
c. 6. v. Omne enim peccatum , quodcumque fe-  
cerit homo , extra corpus est : qui au-  
tem fornicatur , in corpus suum pec-  
cat. Paulus , ut omnes continentes , &  
virgines (u) essent , serio volebat , &  
optabat. Matrimonii tamen honesta-  
tem ultro concedens , aliquibus , asse-  
ruit , non omnibus melius , idest sa-  
tius , magisque tolerandum esse nube-  
re , quam uri. (x)
- t Ibid. 4032.
- c. 6. v. 18.
- u Ibid.
- c. 7. v. 7.
- x Ibid.
- v. 9.
- y Act. 19. v. 10
- z Act. 20. v. 31
- a i. Cor. 16. v. 8.
- b i. Ti-  
moth. 1. v. 3.
- c Ibid. c.  
2. v. 2.
- d Ibid.  
v. 5.
- e Ibid. c.  
6. v. 10.
- f ad Ti-  
tum. 1. v. 5.
- g Ibid. 3.  
v. 12.

mè (s) inquit : Non missit me Christus baptizare. Quamvis luxuria, & gula sint peccata carnalia , seu in carna-  
li delectatione completa , verum nihil  
ominus habet , quod ait (t) Paulus:  
c. 6. v. Omne enim peccatum , quodcumque fe-  
cerit homo , extra corpus est : qui au-  
tem fornicatur , in corpus suum pec-  
cat. Paulus , ut omnes continentes , &  
virgines (u) essent , serio volebat , &  
optabat. Matrimonii tamen honesta-  
tem ultro concedens , aliquibus , asse-  
ruit , non omnibus melius , idest sa-  
tius , magisque tolerandum esse nube-  
re , quam uri. (x)

Ephesi duos annos (y) exegerat  
Paulus , tertioque (z) excurrente ve-  
nit in Macedoniam post sacram Pen-  
tecostem (a) anni à Christo nato 57.  
Pulsus Epheso Paulus , Timotheo , quem  
Episcopum (b) crearat Ephesinum , E-  
pistolam dedit è Macedonia , quæ PRI-  
MA AD TIMOTHEUM inscribitur. Etiam  
pro Regibus infidelibus , & ethnicis  
orari vult (c) Apostolus. Unus :: Mediator Dei & hominum appellatur (d)  
Jesus Christus : nec tamen alii inferio-  
ris ordinis mediatores negantur. Ra-  
dix omnium malorum est avaritia , seu  
inordinatus divitiarum appetitus. (e)

Tito etiam sibi charissimo , quem  
Cretæ (f) reliquerat , atque Creten-  
sis Ecclesiæ constituerat Episcopum ,  
EPISTOLAM conscripsit , cum ipse Pau-  
lus in Epiro ageret (g) juxta Nico-

A.O.C.

- A.D.C.      polim , anno Christi 58. Tito signifi-  
 4033.      cat ( b ) Paulus , ut Cretenses durè in-  
               crepet , & meritò : quamvis ipse Ti-  
               motheum , ut cum suis Ephesiis ( i ) pa-  
               tienter agat , hortetur. Omnia ( inquit  
               Paulus l ) munda mundis , hoc est Chri-  
               stianis , Sanguine Christi mundatis nul-  
               lus cibus vel naturâ suâ , vel propter  
               legem Moysis habendus est immun-  
               dus. Coinquinatis autem , seu pecca-  
               toribus , & infidelibus nihil est per-  
               fectè mundum.
- Præterea Paulus cum Nicopolim  
 hyemis tempore pervenisset , SECUN-  
 DAM EPISTOLAM AD CORINTHIOS mis-  
 fit : in qua ( m ) testatur se *Lucam* , qui  
 jam antè suum EVANGELIUM literis man-  
 darat Græcis , Theophilo , viro Antioche-  
 no dicatum , cum Tito mississe per omnes  
 Ecclesias . Non enim qui se ipsum com-  
 mendat , ille probatus est , inquit Paulus , ( n ) & verum habet : quo ergo  
 pacto Paulus , aliquique se ipsos com-  
 mendarunt ? Paucis dabo . Paulus igi-  
 tur rerum Divinarum visione , & re-  
 velatione ( quæ re , & nomine differunt )  
 in Domino gloriatur ( o ) fuisse perfu-  
 sum . Ipse enim terræ inhærente cor-  
 pore in Cœlum Empyreum , inque An-  
 gelorum Hierarchias alta mente eleva-  
 tus , supra naturam ( p ) rapitur anno  
 Christi 44. Quo in raptu Paulus irra-  
 diante lumine gloriæ , non modo in  
 visionem intelligibilium elevatur , se-  
 cundùm quod in se ipsis , & in pro-
- h Ibid.  
 v. 13.  
 i 2. Tim.  
 4. v. 2.  
 l ad Ti-  
 tum. 1.  
 v. 15.
- m 2. Co.  
 8. v. 18.
- n Ibid.  
 10. v.  
 ult.
- o Ibid.  
 12. v. 1.
- p Ibid.  
 v. 2.

q *Ibid.*  
v.4.

r *Ibid.*  
v.7.

s *Rom.*  
i.v.i.  
t *Ibid.*  
v.3.

u *Ibid.*  
v.4.

x *Ibid.*  
4.v.18.

y *Ibid.*  
5.v.4.

z *Ibid.*  
v.5.

priis naturis videntur , sed & Divinam Essentiam in se clarè contemplatur , ( q ) cœlestis Paradisi dulcedine summè allectus. Sed ne Paulus revelationum magnitudine in superbiam abuteretur , ( r ) & corporis infirmitate cruciatur , & concupiscentiæ illecebris titillans affigitur.

Laudato Christi anno 58. EPISTOLAM AD ROMANOS Paulus Græco sermone conscripsit Corinthi agens, aut in ejus portu. Estò Paulus fuerit Christo amicissimus , meritò se Christi servum ( s ) appellat. Christum , ut Hominem fateor Virgine Matre Maria natum, quem tamen Paulus hìc ( t ) factum dicit ; quia non naturali ordine , sed absque virili semine fuit genitus. Christus Dominus , nedum ut homo , sed & absolutè dicitur Prædestinatus Filius Dei ( u ) naturalis. Abraham , ut Pater fierit multarum gentium , in spem Divinæ promissionis contra spem virtutis naturalis generativæ , tam in se, quam in Sara , penitus emortuæ ( x ) firmissimè credidit. Tribulatio , seu probatio ( ut inquit Jacobus 1. v. 3. ) patientiam operatur ; ( y ) non quia eam efficiat , sed quia materiam , & occasionem nobis suppetit excercendi actus patientiæ. Charitas Dei ( z ) cùm increata , tum creata diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui etiam quodammodo datus est nobis.

Paulus autem Corintho venit Phi-

4033.

lip-

A.D.C. lippos ; inde Troadem : ubi Eutychum adolescentem è tertia Cœnaculi contignatione dilapsum ad vitam revocavit : (a) ibique navem conscendentes Pauli comites appulerunt Asson, seu Appolloniam , quò Paulus pedestri itinere se contulit. Asso autem solvens Paulus venit Mitylenem , Chium , Samum , Trogylgium , Miletum : (b) quò majoribus natu Ecclesiæ Ephesinæ convocatis , ultimum vale dixit. At quoniam Paulus vehementer optabat , (c) sacrum Christianæ Pentecostes diem Jerosolymis peragere , iterum festinans navim conscendit , atque Coum , insulam è Cycladibus alteram in mari Ægæo applicuit , sequenti verò die Rhodum , ac tandem ad Pataræ portum appulit. (d)

Pataræ autem nactus navim , quæ rectâ peteret Phœnicem Syriæ , eò vela ventis dedit : atque relictâ ad lœvam insulâ Cypro , venit Tyrum , ubi Paulus septem dierum spatio diversatur. Tyro verò Ptolemaidem se recepit , ibique diem unum ut exegit , iterum itineri accingitur , atque Cæsaream Pælestinae ingreditur. (e) Paulus Cæsareæ apud Philippum divertitur (f) alterum è septem primis Diaconis , qui ob Evangelii prædicationem (g) Evangelista cognominatur. Inde Jerosolymam pervenit ante Pentecostem. Ubi BB. Virgo Maria , annos nata 72. naturæ concessit , cuius anima quin fuerit unà

a Act.  
20. à v.  
6.

b Ibid. à  
v. 13.

c Ibid.  
v. 16.

d Act.  
21. v. 1.

e Ibid.  
à v. 2.

f Ibid.  
v. 8.

g Ibid.

cum corpore in Cœlum assumpta, nullus dubito.

h. *Act.*

22. à v.

25.

i. *Act.*

23. v. 3.

l. *Ibid.*

à v. 23.

m. *Act.*

24. v. 27

n. *Act.*

25. v. 13

o. *Act.*

27. à v.

2.

p. *Ibid. à*

v. 6.

Paulus municipem Tarsensem, ac Romanum Civem se esse aperiens, (b) à flagellis meritò eximitur Jerosolymis. Sequenti verò die, cùm Paulus in Synedrio, hæc in Principem Sacerdotum Ananum regerit: (i) Percutiente Deus, paries dealbate, nullum crimen admittit; imò addens: Nesciebam, fratres, quia Princeps est Sacerdotum, amplissimam sibi promeruit laudem. Verùm ob insidias Paulo a Judæis paratas, Claudius Lysias cum præsidio (l) illum mittit Cæsaream ad Claudium Felicem, qui biennio (m) Præsidem egit. Hujus autem successor Porcius Festus Paulum, qui Cæsarem appellaret, Romam dimittit. Eo tempore Cæsaream advenerant Rex Agrippa, Herodis Agrippæ senioris filius, ejusque (n) soror Bernice.

Anno Christi 59. Paulus navi Africanæ Adrumetinæ impositus pervenit Sidonem, ac juxta Cyprum navigans, littoraque Ciliciæ & Pamphiliæ legens, appulit (o) Lystram, urbem Lycaoniæ, atque etiam Lyciæ. Ubi Paulus navim Alexandrinam conscendit, quæ è Lystræ portu solvens, tardè & peragrè vix contra Gnidium Asiæ promontorium devenerat, cùm reflante vento cursum deflexit in Cretam, atque Boniportum, seu Salmonem applicuit (p) juxta Thalassam. Hinc solvunt Nautæ, ut per-

4034.

ve-

A.O.C.

veniant Phœnicem , portum , seu urbem , non Syriæ , sed Cretæ . Ex Asson igitur Cretensi discedentes , & Cretani præterlegentes , in maximum vitæ discrimen veniunt . Etenim Euro , seu Typhonico vento , qui Euroaquilo ( q ) vocatur , præjacentis elementi terga crispante , tumentibus etiam atque spumantibus undis in Caudam insulam delata fuit navis , quæ ubi in Melitensem insulam impegit , penitus quassatur : quare alii natantes , alii tabulas arripientes , omnes denique , ut Paulus prædixerat , corpore incolumes ad terram ( r ) appullerunt .

Igitur Paulus tot marina discrimina transvadens , à Melitensibus humanissimè excipitur . ( s ) Hic Paulus à vipera morsus ( t ) nihil mali patitur : imò ex illo tempore ea virtus concessa est Insulæ Melitensi , ut omnes serpentes veneno careant , & quantumlibet homines momorderint , nihil prorsus hincapiant detrimenti . Agebat tunc Melitæ Publius , qui tamen absoluto Melitensium imperio ( u ) non potiebatur . Hunc autem Paulus sacris Baptisini aquis abluit , ejusque Patrem febri , & dysenteria lectulo decubentem ( x ) sanavit .

Exactis tribus mensibus , quos Melitæ ( y ) peregit Paulus , transactaque hyeme , iterum Paulus super navim Alexandrinam imponitur , Castoris , & Pollucis effigies in puppi depictas re-

q *Ibid.*  
v.14.

r *Ibid.* à  
v.41.

s *Act.* 28  
v.1.

t *Ibid.*  
v.5.

u *Ibid.*  
v.7.

x *Ibid.*  
v.8.

y *Ibid.*  
v.11.

*z Ibid.*  
*v.12.*

*a Ibid.*  
*v.13.*

*b Ibid.*  
*v.15.*

*c Ibid.*  
*v.30.*

*d 2. Ti-*  
*moth. 1.*  
*v.3.*

*e Ibid.*  
*4.v.7.*

*f Ibid.*  
*v.13.*

ferentem. Hinc ergo Pauli navis Syracusas applicuit, ibique Paulus triduo (*z*) mansit; indeque oram Siciliæ maritimam prætervecta, Rhegium appulit, Civitatem Calabriæ. Rhegio autem solvens venit Puteolos, Campaniæ urbem juxta Neapolim. (*a*) Puteolis verò, ubi septem dies exegerat Paulus, ad Appii Forum, ac Tres Tabernas se contulit (*b*) itinere pedestri: quò Christiani ei occurserunt: ac tandem Romanam ingreditur, anno 3. Imperii Neronis: ibique biennium egit in domo, (*c*) quam ipse sibi conduxerat. Hucusque Lucas, qui ACTUS APOSTOLORUM Romæ conscripsit, eorum historiam protraxit.

Paulus Romæ subsistens plures scripsit epistolas. Primò quidem SECUNDAM AD TIMOTHEUM EPISTOLAM conscripsit. In qua (*d*) inquit Paulus: Gratias ago Deo, cui servio à progenitoribus, scilicet Patriarchis, & Prophetis, servitio derivato. Verum habet, quod nobis Paulus testatum (*e*) reliquit: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, quamvis ipse aliquot pòst annis adhuc fuerit superstes. In reliquo, addit ipse, reposita est mihi corona justitiæ distributivæ, cùm quoad auream, tùm quoad laureolam. Timotheo autem significavit, (*f*) ut secum ipse Penulam, hoc est, vestem sacram, quam Paulus Troade reliquerat, Romanam deferret.

A.O.C.

Româ etiam , per Tychicum mis-  
sit EPISTOLAM AD EPHESIOS. Cujus pre-  
me ( g ) verba illa : Ut ( tò Ut non  
significat causam , sed consequutionem  
quandam ) innotescat Principatibus , &  
Potestatibus ( id est duobus Angelo-  
rum ordinibus , qui ex ipsorum nomi-  
ne præminentiam in operando desig-  
nant ) per Ecclesiam ( id est per Apo-  
stolos prædicantes , non quia Angeli  
aliquid discant per ipsos , sed solùm  
in ipsis Apostolis nota illis fiat ) multi-  
formis Sapientia Dei.

4035.

Hæ duæ Epistolæ mox à me lau-  
datæ , ante illas , quas itidem Romæ  
dedit Paulus anno Christi 60. ad PHI-  
LEMONEM scilicet Civem Colossensem  
è Gentili Christianum factum ; ad PHI-  
LIPPENSES , atque GOLOSSENSES , fue-  
runt conscriptæ. Epistola ad Philippen-  
ses per Epaphroditum , qui fuit Epis-  
copus Philippensium , mittitur : quæ  
verò ad Colossenses inscribitur , per  
Tychicum. *Aliqua etiam scripta fuit à*  
*Paulo Epistola ad Laodicenses.* Chri-  
stus D. hic ( b ) vocatur ab Apostolo ,  
non modo ut Deus , sed etiam ut Ho-  
mo , Primogenitus omnis creaturæ. Ad-  
impleo ( inquit \* Paulus ) ea quæ de-  
sunt non redemptionis , sed passionum  
Christi , non equidem in se , seu in  
capite , sed in Christi corpore mystico  
id est Ecclesiâ , hujusque membris. Hoc  
enim Christo deerat , ut sicut Christus  
passus est in corpore suo , ita in Paulo

gEphes.  
3. v.10.h Col. I.  
v.15.\* Ibid.  
v.24.

i *Ibid.*

2. v. 18.

1 *Ibid.* 3.

v. 16.

m *Isaiæ*

6. v. 3.

n *Job* 38

v. 7.

o *Hab.*

1. v. 5.

p *Ibid.*

7. v. 7.

membro suo , aliique pateretur. Meritò Colossenses admonet ( i ) Paulus, ut malam Angelorum religionem , eò temporis Colossis , & Laodiceæ vigenter prorsus devitarent ; quippe quæ in humili , & superstitione gestu se prosternendi , & adorandi Angelos, cœù hominum mediatores , Christoque superiores , versabatur. Præterea eosdem hortatur ( l ) Apostolus , ut piè suaviterque Psalmos , & Hymnos decantent. Hic est Ecclesiasticus cantus, quem tota recepit Ecclesia , ipsumque jussit alterna vice fieri , non ob canorum defatigationem tantùm ; sed Angelorum exemplo ( m ) edocta.

Denique præter EPISTOLAM AD GALATAS , quæ ubinam scripta sit , penitus ignoro , aliam omniumque novissimam Paulus Romæ dedit ad HEBRAEOS , eodem Christi anno 61. eHebraico sui temporis eloquio disertissimè scriptam. Cujus exordio jure Paulus nomen suum non præfixit. Hanc Latinam fecit Clemens Romanus. Jobo ( n ) non adversatur Paulus dicens: Cui enim ( o ) dixit aliquando Angelorum , Filius meus es tu , Ego hodie genui te. Hæc ultima verba æternam Christi generationem significant: quæ licet ex Psal. 2, ea desumserit Paulus , Davide in nec propriè , nec per se exprimunt. Quod minus est à meliore, id est majore , ( p ) & digniore benedicitur. Patriarcha Levi , cum Abraham

4036.

de-

A.D.C. decimas solvit Melchisedecho , has solvisse ( q ) dicitur : quia ipse Levi , Jacobo Patre , Abrahami nepote natus est. Absit tamen , ut Christum D. in lumbis Abrahæ fuisse à Melchisedecho decimatum putemus.

q *Ibid.*  
v. 9. &  
10.

Posteaquam Paulus Apostolus bienium Romæ in vinculis exegit , libera ipsi , quò vellet , abeundi fit potestas. Quod quidem in causa fuit , ut in nostram Hispaniam pervenerit : sicut se in animo habuisse olim Romanis ( r ) significaverat. Anno Christi 62. in Asia urbs Laodicea , cuius meminerunt Paulus ( s ) Apostolus , & Joannes ( t ) Evangelista , terræmotu quassata corrui , sed brevi à civibus restituitur.

r *Rom.*  
15.v.  
  
s *Colos.*  
4.àv.13  
t *Apoc.*  
3.v.14.

Anno Christi 63. Jacobus Apostolus , primus Jerosolymorum Episcopus gloriosum subiit martyrium , lapidibus obrutus. Hic autem Jacobus fuit filius Mariæ , quæ & Jacobi , & Cleophae dicitur , Alphæo , seu Cleopha ( eadem quippe est persona ) Patre natus , Christo non moribus modo , sed & aspectu simillimus. Qui EPISTOLAM CANONICAM scripsit.

Anno à Christo nato 68. Nerone per omnes provincias in Christianos fæviente , Petrus , & Paulus iterum Romanum concederunt. Ubi Petrus SECUNDAM scripsit EPISTOLAM in carcere Mamertino. Hac autem epistolâ posterior illa est , quam Judas Apostolus in lucem edidit. Jesus Christus ( inquit \*

\* *Jude*  
v.5.

A.O.C.

Judas ) populum de terra Ægypti salvans , secundo eos qui non crediderunt , perdidit.

Nero autem Petrum , & Paulum in carcerem detrudit , qui Nerone Authore gloriosissimum Romæ subiere martyrium anno Christi 69. atque Neronis Imp. 13. uno eodemque die , tertio nempe Calendas Julii.

Anno Christi 72. & Vespasiani Imp.

4047.

2. Jerosolymorum Templo admoveatur ignis , ac in cineres dissolvitur : urbs incenditur , & funditus evertitur ; complanantur omnia : suprema denique clades Judaicæ Reipublicæ infertur. Hæc est desolatio Jerosolymæ à Christo (u) prædicta , quam finitis 70. Hebdomadibus faciendam vidi Daniel (x) Propheta.

u *Luc.*  
21. ♂  
à *v.* 41.  
x *Dan.*  
9.v.27.

Anno Christi 92. & Imperii Domitiani 9. Joannes Apostolus , & Evangelista vincitus ad Domitianum Romam mittitur. Postquam Joannes ex oleo ferventi , in quod missus fuerat , nihil detrimenti capiens emersit , in Pathmon (y) insulam exul amandatur. Ubi anno Christi 97. & Domitiani Cæsaris 14. SUAM scripsit APOCALYPSIM , librum sane canonicum. Initio Imperii Nervæ Cocceii Joannes ab exilio revocatus , Ephesum repetiit , qua in urbe EVANGELIUM SUUM edidit. Qui etiam TRES scripsit EPISTOLAS ; quarum prima est protocanonica : secunda verò , quam feminæ nobili missit , quæ nomine proprio

4057.

4062.

y *Apoc.*  
1.v.9.

Ele-

A.O.C.

Electa (*z*) vocabatur , deuterocanonicalia est ; sicut Epistola tertia , in qua salutem dicit (*a*) Gajo Corinthio : de quo Paulus scribens ad Romanos (*b*) ait : Salutat vos Cagus hospes meus : & cuius etiam alibi (*c*) meminit Paulus.

Denique Trajano Cæsare , imperii habenas moderante , ( quem B. Gregorii Magni precibus nunc superno Dei intuitu frui , fabulæ loco habeo ) Sanctus Joannes Apostolus Ephesi moritur , anno Christi 101.

4066.

*z 2. Jo-*  
*an. v.1.*  
*a 3. Jo-*  
*an. v.1.*  
*b Rom.*  
*16.v.23*  
*c 1. Cor.*  
*1. v.14.*

## §. II.

**S**i quæ umquam immania scelerum monstra in Ecclesiam Christo percharam sævierunt , Nero , Mahometus , Lutherus , alii : maximè in illam ferro flammaque invehetur Judæorum (*d*) Danistarum ille , cui Antichristo nomen est , homo equidem (*e*) verus , sed animo ad scelus omne patrandum promptissimo . Quod sane Joanni in causa fuit , ut Danistarum Tribum alto silentio obvolveret , cùm reliquas omnes Judæorum Tribus (*f*) recenset .

Babylon igitur Chaldaica ad finem mundi Antichristum parturiet , ex concubitu certè spurcissimo , humano tamen virili semine conceptum . Cui suus à Deo designabitur Angelus Custos . Qua in urbe omnes scientias animo quidem imbibet , sed artes superstitionis impensiùs colet ; quarum ope

*d Gen.*  
*49.v.17*  
*e 2. Thes-*  
*sal. 2. v.*  
*3.*

*f Apoc.*  
*7. a v.5.*

in-

A.O.C.

g 2. *Theſſ**ſal. 2. v.*

9.

h *Mat.*

24. v. 14

i *Apoc.*

17.

l *Dan. 7.*

à v. 23.

m *Dan.*

7. v. 24.

n *Dan.*

11. v. 42

o 43.

o *Joan.*

5. v. 43.

p *Apoc.*

12. v. 6.

innixus, mira patrabit opera , miracula tamen vera (g) nunquam edet.

His præſidiis instructus Antichristus, poſtequam ſacrum Christi Evangelium in universum terrarum Orbem (h) fuerit promulgatum , quod nec modò , nec Apostolorum tempore fuit ſimplíciter exſecutioni mandatum ; atque urbs Roma , quæ Civitas magna Babylon (i) vocatur à Joanne , à recta in Chriſtum Fide defecerit , funditusque corruerit ; poſtquam etiam Romanum Imperium penitus ſubverſum , in decem Reges (l) fuerit diſiſum ; tunc regnum (m) ſibi caperet Babylonicum.

Qui deletis tribus Regibus , (n) Ægypti ſcilicet , Africæ , & Æthiopiæ , ac reliquis ſuæ ditioni ſubjectis , totius Orbis Monarcha ſalutabitur . Cui tamen Hispania noſtra ſuas fasces non submitteſt . Ejus autem Regia erit Je-roſolyma , ubi Judæi Antichrifo (o) veluti Mefſiæ cultum , & honorem deferent .

Antichristus in Eccleſiam Catholi-cam ſævus & crudelis , nihil non ten-tatum relinquet , ut in eam gravius animadvertat inſolitis , & inauditis tor-mentorum generibus . Quo tempore Mulier , (p) hoc eſt , Eccleſia fugiet in ſolitudinem : ubi & Verbo Dei ſpi-ritualiter paſcetur , & Sacramentorum potiſſimum Euchariftiæ cibo .

Multi tamen erunt Christi milites , verbo potentes & opere , qui adverſus

An-

A.O.C.	<p>Antichristum pugnaturi, in arenam descendent. Quos inter Enochus, (q) &amp; Elias (r) caput extollent, qui ad illud usque tempus vitam agent in Pa- radiso. At cum his tunc pariter ven- turos, Moysem, Jeremiam, aut Joan- nem pernego. Ubi autem Enochus, Ja- redi filius, &amp; Elias Thesbites suæ præ- dicationis tempus expleverint, (s) An- tichristus vincet illos non animo, sed corpore, ultimo supplicio eos afficiens. Horum corpora in Jerosolymæ plateis (t) jacebunt; sed quarto post die à morte ad vitam (u) redigentur, ac Cœlos demùm conscendent.</p>	q <i>Eccli.</i>
		44.v.16
		r <i>Ma- lach.</i> 4. v.5.
		s <i>Apoc.</i> 11. à v. 7.
		t <i>Ibid.</i> v.8.
		u <i>Ibid.</i> v.11. ♂ 12.
		x <i>Dan.</i> 12. v.7.
		♂ <i>Apoc.</i> 13. v.5.
		y <i>Eze.</i> 39.v.25
		♂ <i>Oseæ</i> 3.v.5.
		z <i>Mat.</i> 24.v.29
		a 2. <i>Pet.</i> ult. v. 10.

b *Joel.*  
3. v. 2.  
¶ 12.  
c *Matt.*  
24. v. 30

d *Matt.*  
25. v. 34  
¶ 41.

e *Matt.*  
13. v. 43

resurgemus , alii alio sexu distincti, sed omnes numero iidem , staturâ , & ætate perfecti , atque omnis deformitatis corporalis expertes. Nec mora , in vallem ( b ) Josaphati confluent omnes : quò Christus D. præeunte ( c ) Cruce , in quam ipse actus fuit in Calvariæ monte , Cœlo descendet : ibique judicabit omnes , alios quidem retributionis , & discussionis judicio , alios retributio- nis tantùm.

Christus autem ubi sententiam voce sensibili feret : Venite benedicti &c. Discedite à me maledicti &c. ( d ) reprobi omnes , patente in profundum sinum ruptis compagibus terrâ , absorbentur. Sed reproborum aliqui , tetra caligine obsiti , atque immensam , ac mundi fecibus obvolutam ignis molem secum unà trahentes in infernum , seu carcerem subterraneum detrudentur: ubi veri , & horribilis ignis pœnas æternùm dabunt : jam jam nulla eis affulget spes salutis ; nulla amissæ Beatiitudinis consolatio : quare summo eos excruciantे mœrore , miseri vitam agent miserrimam. Alii verò , pueri scilicet absque baptismo ex hac vita migrantes , perpetuæ damnationi , citra tamen pœnam sensus , Judicis sententiâ ad dicentur.

At Justi omnes , qui nec ficti Chiliastrarum regni deliciis affluent , nec corporis voluptatibus indulgebunt in terris , toto corpore ( e ) lucidi , im-

A.O.C.	p assibiles , (f) subtile s , agile s (g) in altum , hoc est , Empyreum ferentur . Quibus Christus D. præbit , Angelorum , hominumque stipatus myriadibus . Unusquisque Beatorum , tribus ornatus animæ dotibus , clara Dei visione , fruitione , & comprehensione , sua erit mansione ( h ) beatus : eorum aliqui pellucidis Martyrum , Virginum , aut Doctorum laureolis multicoloribus , instar Solis præfulgebunt : omnes denique æternum vivent felices .	f i. Cor. 15. v. 44. ♂ 53. g Sap. 3. v.7. ♂ Isai. 40. v.31. h Joan. 14. v.2.
--------	--	---

6000. — Quo tandem anno , hæc omnia fient , nihil certi diffinio , nec diffinire possum . Suspicor tamen , suspicor , non affirmo , quantum mihi optimis Patrum conjecturis hanc rem expiscari licet ex Sacris Literis , futura hæc omnia esse anno ab Orbe condito præterpropter 6000 .



## SACRUM HEBRAÆORUM CALENDARIUM

ANNI MORTIS CHRISTI DOMINI.

**A**NNUS duodecim habet menses ; dies verò 354. Mensibus lunaris utebantur Hebræi , (a) alternatim plenis , seu dierum triginta , & cavis , seu dierum undetriginta . At intra 19. annos , intercalato septies uno mense , annum suum luna-

a Eccli.  
43.v.7.  
♂ 8.♂  
3. Esd.  
1.v.1.

rem solari conciliabant. Hinc apud Hebræos anni forma erat Luni-Solaris. Singulis diebus, mane, & vespere juge sacrificium. (b)

b *Num.*  
28. à v.  
3.

NISAN , SEU ABIB , MENSIS I.  
DIERUM XXX.

Mensis  
I.

Hic erat primus anni Hebraici mensis, cuius in diem 14. incidebat prium plenilunium post vernum Äquinoctium, aut Äquinoctium simul, & plenilunium. (c) Hinc Nisan jam partem Martii, jam partem Maii attingebat, jam totus intra Aprilem concludebatur.

Dies 1. Feria 6. Neomenia. Primus Hebraici mensis dies, non à synodo, seu coniunctione Lunæ cum Sole, sed à prima Lunæ phasi, seu apparitione determinabatur. Erat quidem Neomeniæ dies, tubarum clangore, & propriis sacrificiis celebris: (d) at proprie festus non erat, nec in illo opera servilia interdicebantur.

d *Num.*  
10. v.  
10. ♂  
cap. 28.  
à v. 11.  
♂ *Psal.*  
80.v.4.

Dies 2. Sabbatum. Septimus quisque Hebdomadæ dies, à requie Domini in prima rerum conditione Sabbathum appellatur. Sed non exinde Sanctus, aut festus constitutus est Divino præcepto. Ejus autem diei religio, rigidissimè post exitum de Ägypto, præcepta est, pœnâ capitis violatoribus indictâ. (e) Quocumque festo die servilia opera prohibebantur; sed Sab-

e *Exod.*  
35. v.2.  
♂ 3.

ba-

bato insuper, etiam cibos coquere, & ultra sex stadia progredi. Quædam tamen opera servilia omnino necessaria (*f*) permittebantur. Sabbati solemnitas, ut & in ceteris aliis festis, inibat à præcedente vespera, & finiente sequenti vesperâ finiebatur. (*g*)

Dies 10. Feria 1. Delectus Agni Paschalis. Hebræi de Ægypto egressuri jubentur præparare agnum, quatri-  
duo ante Pascha: quod præceptum obli-  
gavit etiam in posterum. (*b*) Si com-  
modè haberi non posset agnus, lice-  
bat & hœdum sumere: sed uterque  
debebat esse omnino integer, nec ma-  
jor anno, nec minor octiduo. (*i*)

Dies 14. Feria 5. Immolatio Agni Paschalis sub Solis occasum. Ad po-  
steriorem utique hujus diei vesperam,  
inter Solem scilicet vergentem ad oc-  
casum, & Solem occiduum, immola-  
batur agnus Paschalis à quocumque  
Patre-familias, & nocte ineunte co-  
medebatur. (*l*) Is autem dies, non  
festus, sed protestus erat, quatenus  
priorem vesperam festi azymorum com-  
pletebatur.

Dies 15. Feria 6. Solemnitas, &  
prima dies Azymorum, quam alii sex  
dies sequebantur. Eius azymorum so-  
lùm per septiduum præcipitur, atque  
in eo primus, & septimus dies festi  
erant. (*m*) Agnus Paschalis eo tantùm  
in loco, in quo Sanctuarium existeret,  
immolari poterat: at usus azymorum

*f Mat.*  
12.v.5.  
*g Lev.*  
23.v.32

*h Exod.*  
12.v.3.

*i Exod.*  
12.v.5.  
*l Lev.*  
22.v.27

*l Exod.*  
12.v.6.  
*m Ibid.*  
v.16.

Hebræos ubicumque existentes obligabat.

Dies 16. Sabbatum. Omer , sive oblatio manipuli spicarum novæ messis hordeaceæ. Secundo die Azymorum, *etiam si Sabbatum esset*, offerebatur manipulus spicarum: atque ex eodem die inclusivè numerabantur septem hebdomadæ , seu dies 49. ad celebrandum festum Pentecostes. (n)

Dies 21. Feria 5. Septima , & solemnis azymorum , & Cœtus , aut Collectæ dies. Septimo azymorum die celebrabatur etiam festum Cœtus , aut Collectæ: (o) quatenus ea præstabantur, quæ ad expensas Divini cultus erant necessaria : in quo etiam adunatio populi significabatur , & pax præstata in terra promissionis.

JAR, SEU ZIUS, MENSIS II. DIERUM XXIX.

Mensis  
II.

Dies 23. Feria 2. Festum Arcis Sion mundatæ à Simone Principe Machabæo. Anno 5. Demetrii Nicanoris , & 171. Imperii Græcorum , Simon Machabæus recepit Arcem Sion , incruentâ ditione factâ à Præsidariis , eamque mundavit 23. die mensis secundi, cuius memoriam solemniter deinceps quotannis eodem die celebrari præcepit. (p) Fuit autem hæc Arx in hostium potestate annos 27. numeratis extremis , ab anno scilicet 145. regni Græcorum , usque ad annum 171. (q)

n Lev.  
23.v.10  
O 11.

o Deut.  
16.v.8.

p 1.Ma.  
13.v.51  
O 52.  
q 1.Ma.  
1.v.21.  
30. O  
35.

Si-

*Mensis  
III.*

SIVAN , MENSIS III. DIERUM XXX.

Dies 6. Sabbatum. Festum Pentecostes. Unico die , eoque 50, à die secundo azymorum numerando , celebrabatur festum Hebdomadarum , sive Pentecostes offerentibus singulis Israelitarum familiis ex nova messe triticea panes duos primitias Domino in gratiarum actionem ob eam messem , ( r ) & ob legem acceptam quinquagesimo die ab egressu de Ægypto.

r *Lev.*  
23. à v.  
15.

*Mensis  
IV.  
V.  
VI.*

TAMUZ , MENSIS IV. DIERUM XXIX.

AB , MENSIS V. DIERUM XXX.

ELUL , MENSIS VI. DIERUM XXIX.

Nulla sunt in his mensibus specia-  
lia Festa.

*Mensis  
VII.*

TISRI , SEU ETHANIM , MENSIS VII.

DIERUM XXX.

Dies 1. Feria 1. Neomenia , & Festum Tubarum , sive clangoris. Ad recolendum beneficium erepti Isaaci à sacrificio , ariete supposito , ( s ) instituta est Tubarum solemnitas , in qua corneis tubis clangebatur. ( t )

s *Gen.*  
22.  
t *Lev.*  
23.v.24  
O 25.  
u *Exod.*  
32. à v.  
4.

Dies 10. Feria 3. Festum Expiationis cum jejunio , & mœrore. Occasione prævaricationis Israelitarum ob adoratum ( u ) vitulum , hæc solemnitas instituta est ad expiandas omnium

- x Lev. 16. v. 30. ♂ ad Heb. 9.v.7. y Jud. 20.v.26 ♂ 2.Re. 1. v.12.
- z Lev. 16.v.29 ♂ 31. ♂ c.23. v.28. ♂ 32. a ad He. 9.v.7. \*Jof. 14 v.10. b Lev. 25.
- c Lev. 23. à v. 34.
- d Ibid. v.36.
- Israelitarum prævaricationes. (x) Indicitur hoc die animarum afflictio , sive jejunium, & abstinentia à voluptatibus. Hebræi semel solum ad vesperam reficiebantur cibo in jejunio. (y) Non aliud ordinarium jejunium præcepit Deus Hebræis. Quatuor illa jejunia, quæ memorat Zacharias c. 8. v. 19. sive à Deo , sive à Sinagoga , pro aliquo tempore instituta , ipse Dominus relaxavit. In festo Expiationis tam stricte præcipitur cessatio ad omni opere, quam in Sabbato. (z) Non alio , quam isto die, licebat ingressus in Sancta Sanctorum , sed soli Pontifici , & semel. (a) Septimus quisque annus , à divisione terræ Chanaanitidis à Josue factâ anno 7. sui regiminis, \* numerandus , Hebræis erat Sabbaticus , & quinquagesimus quisque Jubilæus: atque hi ab ipso Expiationis festo inchoabantur. (b)
- Dies 15. Feria 1. Festum Scenopiegę , aut Tabernaculorum. Hanc solemnitatem toto septiduo in tabernaculis agebant Israelitę , eo in loco constructis , ubi Sanctuarium Domini existebat: ex illis verò septem diebus, solus prior festus erat. (c)
- Dies 22. Feria 1. Festum Cœtus, aut Collectæ. Expleto enim Tabernaculorum septiduo , specialis erat in Templo sumptus , pecuniarum collectio. (d) Solemnitas ignis de Cœlo dati quando Nehemias ædificato secundo Tem-

plo

	plo obtulit sacrificia. Non constat quo die hęc solemnitas ageretur : <i>interim verosimilius est aut in festo Scenopegiæ, aut circiter , celebrari consueuisse.</i> (e)	e 2. Ma. 1. v. 18.
Mensis VIII.	BUL, SEU MARCHESVAN , MENSIS VIII. DIERUM XXIX.	
	Nullum habet Festum speciale.	
Mensis IX.	CASLEU , MENSIS IX. DIERUM XXX.	
	Dies 25. Sabbatum. Solemnitas Encaniorum , sive Dedicationis Templi. Celebrabatur per octiduum , in morem festi Tabernaculorum , Dedicatio Templi , quæ facta est sub Juda Machabæo : sed soli primus , & octavus dies festi erant. (f)	f 1. Ma. 4. v. 59. 2. Mac. 10. à v. 5.
Mensis X. XI.	TEBETH , MENSIS X. DIERUM XXIX. SABATH , MENSIS XI. DIERUM XXX.	
	Nulla sunt in his specialia Festa.	
Mensis XII.	ADAR , MENSIS XII. DIERUM XXIX.	g 1. Ma. 7. v. 1. ∅ 49. ∅ 2. Ma. 15. v. 36. ∅ 37. h Eſtb. 9. v. 31. ∅ 32.
	Dies 13. Sabbatum. Festum ob eadem Nicanoris. Anno 151. regni Seleucidarum , cæso Nicanore , Demetrii Syriæ Regis Principe , ejusque exercitu superato , jussus est quotannis hic triumphus celebrari , (g) antiquato iunio , quod eidein diei Mardochæus olim affixerat. (h)	

Dies

Dies 14. & 15. Feria 1. & 2. Fe-  
stum Hiphurim, sive Sortium. Ob fun-  
ditus deletos Hebræorum hostes in  
regno Persarum, recordationem tan-  
ti beneficii quotannis geminato festo  
agendum, & Susis, & alibi, Esther,  
& Mardochæus divino consilio insti-  
tuerunt (*i*)

*i Esther*

9. à v.

20.

Hæc omnia, non Ecclesiæ modo,  
sed & doctorum hominum judi-  
cio subjecta esse etiam atque  
etiam volo.

*Vt. D. Thomas Guerau, Decan.*

*¶ Univ. Val. Rect.*

Menda, sic emenda.

Pag. 26. lin. 34. & 35. *Ideo ego fugi.* Ideo ego fugi.

Pag. 31. lin. 33. fulsum falsum.

Pag. 58. lin. 1. aliquie aliquique.

Pag. 62. lin. 20. suas suos.

*Pag. 47. lin. 1. Babylon Babylon*



